EXPECTINTÆ PERSONALES, VITALITIÆ, GENERATIONALES ET HÆREDITARIÆ PRO…







EXPECTANTIÆ PERSONALES, VITALITIÆ, GENERATIONALES

ET 1112

HÆREDITARIÆ

Pro Quibusdam

DIGNITATIBUS ET OFFICIIS AUSTRIACÆ MONARCHIÆ

Ad

Perennalem Fundum & Usufructum Reducendæ.

ANNO DOMINI M. DCC. XII.





TYRNAVIÆ,

Typis Academicis, per Joannem Henricum Geich.





ELENCHUS
TRACTATUUM.



SACRA CÆSAREA ET REGIA MAJESTAS

Ex quadruplici cauſa, Projectum hoc Veſtræ S. C. R. Majeſtati humillimè offertur.

I.



E St, ut per ſummas depoſitandas, Monarchiæ ſuæ Auſtriacæ reſpiret Ærarium.

II. Ut abſque Regiæ & Archiducalis jurisdictionis, in Dignitatibus & Officiis conferendis læſione, nunc & in futurum pro ſuis Auguſtis Succeſſoribus, perennalis fundus, ac utilitas prodeat.

III. Ut per harum Dignitatum ac Officiorum expectantias, omnis ſpes æmulos ſupprimendi, ambientibus factionariis, & ſuum quandoque Miniſterium Aulicum lacerantibus adimatur.

IV. Ut inter plures concurrentes, & media habentes, pro expectantiis hiſce acquirendis, capaciores abſque ullo reſpectu eligantur: & horum acquirentium hæredes ac ſucceſſores, ſi per ætatem fuerint incapaces, ad ſtudia proſequenda, & ad neceſſariam praxim acquirendam, jam certi de utilitate, animentur. Quod ex ſequentibus tractatibus liquet.

TRACTATUS I.

De Notandis.

I.

Notandum nullo modo proponi, ut omnes Dignitates & Officia Auſtriacæ Monarchiæ, in expectantias reducantur; ſed illas & illa dumtaxat, quæ abſque jurium municipalium violatione, aut læſione, legaliter poterunt reduci.

 II. In-

II.

Inviolatè conſervari approbatas conſvetudines, Privilegia, ac jura Regnorum & Provinciarum: Statuum & Ordinum: Domuum Provincialium: Dicaſteriorum quorumcumquè: Civitatum atquè Magiſtratuum: atquè Tribunalium: Inſtantiarum, & Cœtuum, quibus eadem Regna & Provinciæ actu fruuntur, in electione, collatione, præſentatione, ac denominatione pro Dignitatibus & Officiis conferendis, acceptandis, approbandis, vel per legalem conſenſum admittendis.

III.

Nè gratia Principis in remuneratione extinguatur: Nè benemeritis & pecuniâ exhauſtis, præmiorum ac promotionis via occludatur; & nè omnes per ætatem incapaces ſimul in Dicaſteria ſubintrent, quinta vel ſexta pars Dignitatum & Officiorum per Dicaſterium delegatum, in expectantias reducibilium, ad benignam Suæ S. C. R. Majeſtatis diſpoſitionem, pro tempore ſemper ſervanda cenſetur; ita quod de illa quinta vel ſexta parte reſervata, nullæ capitales ſummæ exigantur, niſi Princeps aliter mandaverit.

IV.

In expectantiam ſub hoc Projecto non tranſeunt Dignitates, & Officia quæcumque ſint Aulo-Politica, quæ actuale ac perſonale obſequium Cæſareum, Regium & Archiducale, cum utilitate vel cum honore pro tempore ſemper concernunt: niſi aliter pro benigno Principis regnantis arbitrio diſponatur.

V.

Eò minus tum Status, tum intimæ conferentiæ, ubicumquè in Regnis & Provinciis hæreditariis, comprehenduntur Conſiliariatus.

VI.

Pro expectantiis nullum habent locum ſupremi Cancellariatus Regnorum ac Provinciarium hæreditariarum: Cancellariatus, & Vice-Cancellariatus, eorumdem ſubſtituti, tum in Aula, tum extrà Aulam.

VII.

Præſidum & Vice-Præſidum Dignitates, tum in Bellicis, tum in Cameralibus Dicaſteriis Monarchiæ, in expectantias non cadunt.

VIII.

Excelſorum Regiminum Locumtenentes, & eorumdem Vice, ubicumque ſint, expectantiis non gaudent.

IX.

Conſules Civitatum, pro Conſulatûs expectantia intelliguntur excluſi: non verò pro aliis Dignitatibus & Officiis.

X.

Præfecti Judiciorum, & Judices, qui immediatè ab excelſis Regiminibus & Cancellariis reſpectivè Regnorum & Provinciarum Monarchiæ, pro cauſarum civilium ac criminalium deciſione dependent: vel mediatè pro earumdem reviſione ac appellatione ijsdem Excelſis Regiminibus, Cancellariis ac quibuscumque municipalibus ſupremis Dicaſteriis ſubjiciuntur, expectantiarum favore frui non poſſint.

XI.

Cætera quarumcumque Inſtantiarum Officia judiciaria, in quibus ab uno ſolo ſubjecto pura & ſimplex, absquè aliis curis ſivè Politicis, ſivè Militaribus, ſivè Œconomicis, Juſtitiæ adminiſtratio dependet, ab expectantiis penitus excluduntur.

XII. Om-



XII.

Omnes & quæcumque militares Dignitates castrenses & earumdem Officia castrensia in expectantiam non transeunt, nisi personalem.

XIII.

De dignitatibus militaribus præsidiariis, uti sunt supremi Capitanei generales, Generales, vel Vice-eorumdem, Commendantes, Capitanei Confiniorum, Arcium Præfecti militares, & omnes illi, qui in Præsidiis & Confiniis, sub titulo Commendantium, & sub quocumque alio, militias nationales vel exteras, Arces & Fortalitia tempore Pacis etiam cum milite fixo & præsidiario munita gubernant, non conceduntur, nisi personales expectantiæ. Quod pariter intelligendum est de Dignitatibus & Officiis Artilleriæ præsidiariæ, prout in tractatu de Classibus specificabitur.

XIV.

Centuriones seu Capitanei liberarum Compagniarum, quæ per Status & Ordines Regnorum ac Provinciarum hæreditariarum, in numero & in salario sunt determinatæ & fixè exsolutæ: & earumdem subalterni Officiales, usquè ad Vexilliferum inclusivè, personali dumtaxat expectantiâ fruuntur.

XV.

Cæteræ liberæ Compagniæ, quæ à Statibus non sunt exsolutæ, sed à Cameris stipendia percipiunt, si fixè sint stabilitæ, eâdem expectantiâ personali fruantur: si verò non, ex tunc excludantur.

XVI.

Omnium & quorumcumque Referendariorum Dignitas & Officium ad alias expectantias, quàm ad personalem non admittitur.

XVII.

Sic de Secretariis, & Notariis quibuscumque (ut in tractatu de Classibus dicetur) est intelligendum.

XVIII.

Exclusio cæterarum Dignitatum & Officiorum in expectantias reducibilium, quæ in hoc tractatu de Notandis, non specificantur, ad delegandæ Commissionis, vel Dicasterij deputandi, remittuntur arbitrium.

XIX.

Quatuor sunt expectantiæ, scilicet Personalis, Vitalitia, Generationalis, & Hæreditaria.

XX.

Expectantia Personalis primum acquirentem actu capacem, in vita adhuc possidentis, dumtaxat concernit: & pro Dignitatis ac Officij exercitio, omnes successores & Hæredes, in vita & post mortem excludit.

XXI.

Vitalitia expectantia primum acquirentem, illum scilicet, cujus nomine contrahitur, & unam successionem ejusdem lineæ generationem in utroque sexu inclusivè concernit.

XXII.

Generationalis expectantia primum acquirentem, & quatuor ejusdem lineæ, & utriusque sexûs generationes successorias includit.

XXIII.

Hæreditaria expectantia, à primo acquirente, usquè ad ultimum, vel ultimum ejusdem lineæ perennaliter se extendit.

XXIV.

Pro qualibet, ex istis expectantia proportionaliter quædam summa capitalis est depositanda, ut in tractatu de summis dicetur.

XXV.

Notandum ultimò, quòd quamvis pro omnibus istis quatuor expectantiis, Dignitates & Officia, vel earumdem &eorumdem actuale exercitium in successores & hæredes vel Legatarios non transeat, tamen summa depositata pro ista vel illa expectantia acquirenda, juxtà primi acquirentis testamentariam dispositionem, in perennalem successorum, hæredum ac Legatariorum transit stabilitatem & securitatem; ità quod nemo in futurum talem Dignitatem & Officium possit obtinere: nisi summa, quæ per familiam fuit depositata, primò restituatur.

TRACTATUS II.
De Classibus.

CLASSIS I.
De Aulicis Politicis ac Provincialibus Dignitatibus & Officiis.

§. I.

Sub hac prima Classe continentur omnes Dignitates sæculares Aulicæ & Politicæ, quarum collatio ab arbitrio Suæ S. C. R. Majestatis immediatè dependet: & quæ actuale ac personale Regium, sivè Archiducale obsequium non exigunt. Hæc autem sunt pro exemplo, supremus Burgraviatus, supremus Capitaneatus, suprema Locumtenentia Politica, supremus Præfectoratus, Camerariatus, Marescìallatus, similesque Dignitates respectivè Regnorum & Provinciarum hæreditariarum, sivè Regiæ sive Archiducales, quæ in expectantiam Personalem aut Vitalitiam, aut Generationalem, aut Hæreditariam (prout judicatum fuerit) reduci posse censetur.

§. II.

Comprehenduntur Dignitates, quæ nomine Principis, & cum ejusdem salario, seu utilitate fixa, ad Regimen Regnorum, Provinciarum, Districtuum & Civitatum pertinent: uti sunt Deputatorum, Assessorum à Principe electorum & dependentium, Capitaneorum in districtibus, supremorum & eorum Vice-Judicum in Tabulis Regiis, consimiliumquè, qui in Regnis & Provinciis quandam habent super Nobilitatem & Populos directionem, ac delegatam à Principe jurisdictionem cum quodam fixo & annuo emolumento, vel per privilegia, vel per exemptiones, vel per utilitates, vel per salaria, pensiones, adjutas producto.

§. III.

Intelliguntur omnia illa Officia subalterna, quæ manutentionem ac conservationem Regiminis publici (in quocumque genere) Regnorum & Provinciarum, intrà Regna & Provincias concernunt: quævè cum salario, pensione, adjuta, aut cum utilitatibus, accidentiis & honore sunt collata: uti sunt Directoratus, Expeditoratus, Com-

Commiſſariatus, Secretariatus, & conſimilia, ex omnibus reſpectivè Cancellariis extrahenda.

CLASSIS II.

De Militaribus Dignitatibus & Officiis.

§. I.

INcludit Conſiliariatus Aulo-Bellicos, & quoſcumque alios, in Regnis & Provinciis hæreditariis ſalario, penſione, adjuta, accidentiis, utilitate, fixâ, & honore fruentibus.

§. II.

Omnes Dignitates & Officia militaria, Præſidiaria ſcilicet, & Artilleriam Præſidiariam concernentia, quæ perſonali gaudent expectantiâ, uti in Tractatu de Notandis in Nott. XII. & ſequentibus dictum eſt.

§. III.

Omnes Commiſſarij Bellici, Dicaſteriis Bellicis, Cameralibus, vel à Commiſſariatu Generali Bellico dependentes, ſive ſupremi, ſive ordinarij, in Regnis, Provinciis, Diſtrictibus, ac Civitatibus fixè commorantes: uti ſunt in Bohemia, & in Hungaria plures: in Moravia, in Tranſylvania, Budæ, Poſonij & alibi, huic Claſſi ſubjiciuntur.

§. IV.

Qui extrà caſtrenſia Regimina, nomine Principis, Dicaſterij Bellici, Capitanei Generalis, vel Generalis, Gubernatoris, vel Commendantis, aut cujuscumque alterius inſtantiæ Provincialis, ad Jus pertinet militare, Auditorum, ſivè Judicum militarium, ſuprà militiam exteram ac Nationalem, & ſuper Nobiles, Provinciales, Cives, ac Plebeos, quomodocumque, & fixè in præſidiis, officio funguntur, ijdem cum ſuis Aſſeſſoribus & Officialibus ſubalternis, pariter includuntur.

§. V.

Architecti militares Civiles & pro Regnis, Provinciis, Diſtrictibus, Civitatibus, ac Fortalitiis, cum fixo ſalario, penſione, adjuta, accidentiis, ſivè utilitate conſtituti, competentis expectantiæ habent libertatem.

§. VI.

Ædificiorum militarium Magiſtri, Belli ſcribæ, & hujus generis ſubalterna militaria Officia, per Cameralia Dicaſteria, vel eorumdem nomine, per Status & Ordines, per Diſtrictus & Civitates, fixa ſtipendia, & fixè in præſidiis aut fortalitiis promerentia, in expectantias tranſire valent.

CLASSIS III.

De Cameralibus Dignitatibus & Officiis.

§. I.

EXpectantiis frui poſſunt omnes Excelſæ Cameræ Aulicæ, cæterarumquè Camerarum, ditionis Regiæ & Archiducalis, Conſiliariatus, qui fixi ſalarij, penſionis, adjutæ, utilitatis, accidentiæ, vel honoris beneficio gaudent.

§. II. Bur-

XXIII.

Hæreditaria expectantia, à primo acquirente, usquè ad ultimum, vel ultimum ejusdem lineæ perennaliter se extendit.

XXIV.

Pro qualibet, ex istis expectantia proportionaliter quædam summa capitalis est depositanda, ut in tractatu de summis dicetur.

XXV.

Notandum ultimò, quòd quamvis pro omnibus istis quatuor expectantiis, Dignitates & Officia, vel earumdem &eorumdem actuale exercitium in successores & hæredes vel Legatarios non transeat, tamen summa depositata pro ista vel illa expectantia acquirenda, juxtà primi acquirentis testamentariam dispositionem, in perennalem successorum, hæredum ac Legatariorum transit stabilitatem & securitatem; ità quod nemo in futurum talem Dignitatem & Officium possit obtinere: nisi summa, quæ per familiam fuit depositata, primò restituatur.

TRACTATUS II.

De Classibus.

CLASSIS I.

De Aulicis Politicis ac Provincialibus Dignitatibus & Officiis.

§. I.

Sub hac prima Classe continentur omnes Dignitates sæculares Aulicæ & Politicæ, quarum collatio ab arbitrio Suæ S. C. R. Majestatis immediatè dependet: & quæ actuale ac personale Regium, sivè Archiducale obsequium non exigunt. Hæc autem sunt pro exemplo, supremus Burgraviatus, supremus Capitaneatus, suprema Locumtenentia Politica, supremus Præfectoratus, Camerariatus, Marescialiatus, similesque Dignitates respectivè Regnorum & Provinciarum hæreditariarum, sivè Regiæ sive Archiducales, quæ in expectantiam Personalem aut Vitalitiam, aut Generationalem, aut Hæreditariam (prout judicatum fuerit) reduci posse censetur.

§. II.

Comprehenduntur Dignitates, quæ nomine Principis, & cum ejusdem salario, seu utilitate fixa, ad Regimen Regnorum, Provinciarum, Districtuum & Civitatum pertinent: uti sunt Deputatorum, Assessorum à Principe electorum & dependentium, Capitaneorum in districtibus, supremorum & eorum Vice-Judicum in Tabulis Regiis, consimiliumquè, qui in Regnis & Provinciis quandam habent super Nobilitatem & Populos directionem, ac delegatam à Principe jurisdictionem cum quodam fixo & annuo emolumento, vel per privilegia, vel per exemptiones, vel per utilitates, vel per salaria, pensiones, adjutas producto.

§. III.

Intelliguntur omnia illa Officia subalterna, quæ manutentionem ac conservationem Regiminis publici (in quocumque genere) Regnorum & Provinciarum, intrà Regna & Provincias concernunt: quævè cum salario, pensione, adjuta, aut cum utilitatibus, accidentiis & honore sunt collata: uti sunt Directoratus, Expeditoratus, Com-

Commiſſariatus, Secretariatus, & conſimilia, ex omnibus reſpective Cancellariis extrahenda.

CLASSIS II.

De Militaribus Dignitatibus & Officiis.

§. I.

INcludit Conſiliariatus Aulo-Bellicos, & quoscumque alios, in Regnis & Provinciis hæreditariis ſalario, penſione, adjuta, accidentiis, utilitate, fixâ, & honore fruentibus.

§. II.

Omnes Dignitates & Officia militaria, Præſidiaria ſcilicet, & Artilleriam Præſidiariam concernentia, quæ perſonali gaudent expectantiâ, uti in Tractatu de Notandis in Nott. XII. & ſequentibus dictum eſt.

§. III.

Omnes Commiſſarij Bellici, à Dicaſteriis Bellicis, Cameralibus, vel à Commiſſariatu Generali Bellico dependentes, ſivè ſupremi, ſivè ordinarij, in Regnis, Provinciis, Diſtrictibus, ac Civitatibus fixè commorantes: uti ſunt in Bohemia, & in Hungaria plures: in Moravia, in Tranſylvania, Budæ, Poſonij & alibi, huic Claſſi ſubjiciuntur.

§. IV.

Qui extrà caſtrenſia Regimina, nomine Principis, Dicaſterij Bellici, Capitanei Generalis, vel Generalis, Gubernatoris, vel Commendantis, aut cujuscumque alterius inſtantiæ Provincialis, ad Jus pertinet militare, Auditorum, ſivè Judicum militarium, ſuprà militiam exteram ac Nationalem, & ſuper Nobiles, Provinciales, Cives, ac Plebeos, quomodocumque, & fixè in præſidiis, officio funguntur, ijdem cum ſuis Aſſeſſoribus & Officialibus ſubalternis, pariter includuntur.

§. V.

Architecti militares Civiles & pro Regnis, Provinciis, Diſtrictibus, Civitatibus, ac Fortalitiis, cum fixo ſalario, penſione, adjuta, accidentiis, ſivè utilitate conſtituti, competentis expectantiæ habent libertatem.

§. VI.

Ædificiorum militarium Magiſtri, Belli ſcribæ, & hujus generis ſubalterna militaria Officia, per Cameralia Dicaſteria, vel eorumdem nomine, per Status & Ordines, per Diſtrictus & Civitates, fixa ſtipendia, & fixè in præſidiis aut fortalitiis promerentia, in expectantias tranſire valent.

CLASSIS III.

De Cameralibus Dignitatibus & Officiis.

§. I.

EXpectantiis frui poſſunt omnes Excelſæ Cameræ Aulicæ, cæterarumquè Camerarum, ditionis Regiæ & Archiducalis, Conſiliariatus, qui fixi ſalarij, penſionis, adjutæ, utilitatis, accidentiæ, vel honoris beneficio gaudent.

§. II. Bur-

§. II.

Burgravij Camerales, Adminiſtratores, & Capitanei Camerales Regnorum, Provinciarum, Diſtrictuum, Civitatum & Dominorum Cameralium, quocumque nomine vocitati includuntur.

§. III.

Sic pariter eſt intelligendum de Theſaurariis ſivè ſolutoribus generalibus Bellicis, Cameralibus, Provincialibus, Dicaſterialibus, & Civitatenſibus, ac omnium inſtantiarum quibuſcumque alijs, qui pro perſonali Regio & Archiducali obſequio non ſunt: & qui à Principe ſtipendia merentur. Sic etiam de ſubalternis eorumdem Officialibus & Officiis quibuſcumque.

§. IV.

Item Perceptores generales, Provinciales & Civitatenſes, Principis ſalario, penſione, adjuta, & quacumque alia utilitate cum ſuis ſubalternis fixè fruentes.

§. V.

His adjunguntur generales Annonæ Proviſores Caſtrenſes & Præſidiarij: Collonelli, & Vice-Collonelli. Item Commiſſarij, vel Supremi præfecti, cum omnibus ſuis ſubalternis Officialibus, qui fixè in præſidiis morantur, cæterique omnes Annonarij Præfecti ac Commiſſarij, qui extrà præſidia commorantes, fixum & ſtipendiatum jus habent à Cameralibus Dicaſteriis, Annonam per Regna & Provincias, emendi & colligendi.

§. VI.

Regnorum & Provinciarum hæreditariarum, & Civitatum omnes Supremi ac generales ſalium, & Fodinarum Salinariarum Præfecti: Directores: Commiſſarij: Proviſores. Inſpectores: Camerarum Præfecti, Contraſcribæ, & omnes ſubalterni, qui in ſalinariis Officiis fixa ſalaria percipiunt, ad eorumdem expectantias habilitantur.

§. VII.

Quod de Dignitatibus & Officiis Salinariis eſt dictum, hoc de omnibus metallorum & mineralium fodinis, ideſt de earumdem Officialibus eſt obſervandum.

§. VIII.

Pariter ijsdem gaudeant Proviſores, Inſpectores Camerales, ſylvarum Magiſtri, Triceſimatores, Teloniarij, omniumquè horum & conſimilium Cameralium Officiorum Contraſcribæ & ſubalterni, qui fixè à Cameris ſunt exſoluti.

§. IX.

Tandem Omnes illi Officiales, qui à Cameralibus Dicaſteriis, extrà Cancellarias ſalaria merentur. De his verò, qui in Cancellariis exiſtunt, inferius erit ſermo.

CLASSIS IV.

De Judiciariis Dignitatibus & Officiis.

§. I.

Supremi & Vice-Judicatus quocumque nomine vocitati, Tabularum & Curiarum Regiarum ac Archiducalium, pro quibuſcumque Ordinibus ſæcularibus vitalitiè & à Principe arbitrariè collati, cujuslibet Regni & Provinciæ jura municipalia, libertates ac privilegia obſervando, clementiſſimo Suæ Sacræ Cæſareæ Regiæquè Majeſtatis remittuntur arbitrio; pro reductione in expectantias ſaltem perſonales.

§. II. Earum-

§. II.

Earumdem Tabularum ac Curiarum judicialium ſupremi Officialatus & Aſſeſſoratus, qui vitâ durante conferuntur, ad expectantias ſaltem perſonales poſſunt admitti.

§. III.

In Regnis & Provinciis, ubi tales ſupremi Officialatus & Aſſeſſoratus judiciales ſunt annuales, biennales, triennales, & quinquennales, aut majori, ſivè minori termino præfiguntur: & in Suæ S. C. R. Majeſtatis arbitrio ſtat (praxi & conſvetudine ſic annuente) ut ad ulteriorem terminum poſſint prorogari ac confirmari, ex tunc tales Officialatus & Aſſeſſoratus perſonali expectantia frui poſſe cenſentur. Quod nullatenus intelligendum eſt de illis, qui vigore jurium municipalium aut conſvetudinum univerſaliter approbatarum, poſt expiratum præfixum terminum, ad prorogationem ſeu confirmationem non habilitantur.

§. IV.

Capitaneatus & Præfectoratus judiciorum, quocumque nomine ac titulo in Regnis & Provinciis nuncupati, qui vitalitiè ſunt collati & vigore Dignitatis ac Officij, ſedibus præſunt, vel vice-præſunt judiciariis (quæcumque ſint) quamvis expectantiis frui non poſſint, ut in tract: de Notandis num. X. dictum eſt; tamen datâ actuali ſubjectorum capacitate, in perſonales expectantias dumtaxat tranſire poſſe videntur.

§. V.

Nec minor ratio habenda cenſetur de aliis Officialibus judiciariis, quibus jure competit, vel præſentibus ijsdem Judiciorum Capitaneis præfectis in ſedibus judiciariis quibuscumque ſedere: vel abſentibus illis, jus populo dicere: vel extra ſedes judiciarias quascumque juſtitiam adminiſtrare; & ad executiones procedere.

§. VI.

Excelſorum Regiminum Conſiliariatus ſi vitalitij ſint, expectantiâ gaudent perſonali, & non ultrò, niſi Princeps diſpenſaverit.

§. VII.

Sic pariter intelligendum de omnibus Aſſeſſoribus Prætorianis, qui vel nomine Principis, vel Statuum & Ordinum, vel Excelſorum Regiminum, vel Civitatum in Judiciis ſedent: dummodo hæc Officia à Principe arbitrariè conferantur.

§. VIII.

Nec minus dicendum de vitalitijs Senatoribus Magiſtratuum, qui tum in civilibus, tum in criminalibus caufis, judicandi, puniendi, mulctandi, & exequendi jus habent.

CLASSIS V.

De Cancellariarum Dignitatibus & Officiis.

§. I.

Dignitates & Officia Cancellariarum, quæ à ſupremis, vel ſummis, vel magnis Regnorum ac Provinciarum Cancellariis, ſivè Vice-Cancellariis in Aula, vel extra Aulam immediatè pro collatione præſentantur, invitis ipſis in nullam tranſeant expectantiam.

§. II.

Præſtito ſemel conſenſu in uno caſu, exemplum ejusdem; pro aliis caſibus in eadem Dignitate & Officio, non verò in alia, deducatur in conſequentiam; dummodò

B con-

concurrens conditionibus & qualitatibus sit fretus. Exemplum verò unius Cancellariæ pro alia non valeat, quando jura & privilegia sunt diversa.

§. III.

Consiliariatus & Referendariatus Cancellariarum Aulicarum ad Regna & Provincias pertinentium (accedente consensu) personali dumtaxat expectantiâ fruantur, uti in Tract: de Notandis §. XVI. dictum fuit.

§. IV.

Earumdem Secretariatus, ubi dantur, aliâ expectantiâ, quàm personali, frui non possint.

§. V.

Sic de Directoribus, de Expeditoribus, Registratoribus, Taxatoribus, Librorum Conservatoribus, similibusquè Officialibus, juxtà cujuslibet Cancellariæ ad hoc Regnum, vel ad illam Provinciam pertinentis, praxim ac consvetudinem, est censendum.

§. VI.

Cætera minora prædictarum Cancellariarum Officia, ne benemeritis, & in iisdem diù versatis, præmium aut promotio adimatur, pro expectantiæ personalis gratia, eorumdem summorum, supremorum sive magnorum Cancellariorum judicio subjicienda censentur.

§. VII.

In cæteris quorumcumque Dicasteriorum Militarium, Cameralium, Judicialium, Provincialium, & Civitatensium Cancellariis, Referendariatus, Secretariatus, Directoratus, Expeditoratus, unâ cum Registratorum, Taxatorum, Librorum Conservatorum, rationum Revisorum Officiis ad hanc classem pertinentibus, præviâ respectivè cujuslibet Dicasterij informatione, absquè tamen requisitione consensûs, in personalem dumtaxat expectantiam valeant pertransire.

§. VIII.

Cætera omnia Dicasterialium Cancellariarum publicarum ac privatarum Officia à Sua S. C. R. Majestate salariata, exceptis illis, de quibus in Tractatu de summis dicetur.

§. IX.

In Cancellariis ad S. Romanum Imperium pertinentibus nîl innovatur: nec ulla datur expectantia.

§. X.

Notarij Regij & Archiducales usquè nunc per quamlibet instantiam creati electi, confirmati, & actu Notariatûs Officio fungentes: tum alij in futurum instituendi, ut in Tract: de Institutionibus & de summis fusius dicetur, personali, vitalitiâ, generationali ac hæreditariâ expectantiâ fruantur; servatis tamen conditionibus ob defectum ætatis & capacitatis: de quibus in ijsdem tractatibus differetur.

TRACTATUS III.

De Diplomatibus,

§. I.

CÆsareo-Regia & Archiducalia Diplomata, ad hanc expectantiarum normam effectuandam, in primis tantæ molis præliminaribus dispositionibus necessariò requiruntur.

runtur. Cùm enim Austriaca Monarchia tot variis constet, & dirigatur Instantiis ac Dicasteriis, impossibile foret præoptatum sortiri effectum; si cuilibet ex istis jus & facultas concederetur suas Dignitates & sua Officia in expectantias ad placitum reducendi. Nam quilibet in propria causa Judex constitueretur. Necessariò igitur Cæsareo-Regia & Archiducalis authoritas sese interponere debet: & per clementissima sua, ac inalterabilia Diplomata, difficultatibus obviare, agitandas fortè lites sopire, & pro expectantiis concurrentes prævié assecurare.

§. II.

Diploma primum requiritur pro Commissione vel Dicasterio neo-instituendo, & cum necessaria authoritate proviso, in qua vel in quo non solùm pro nunc Dignitatum & Officiorum expectantiæ possibiles ac practicabiles ventilentur, examinentur, ac resolvantur; verùm ut per eandem Commissionem vel idem Dicasterium, ad expectantias jam resolutas concurrentes admittantur; Officiisquè ac Dignitatibus desideratis, præviâ taxatæ summæ depositione provideantur. Hujus autem Commissionis seu Dicasterij necessariâ Cancellariâ provisi institutio immutabilis esse debet: & tamdiu duratura, quamdiu contrahentes pro expectantiis, vel contrahentium hæredes ad Dignitates & Officia jus suum sivè personale, sivè vitalitium, sivè generationale, sivè hæreditarium habebunt. Cæterùm suas summas depositandas gravissimo periculo exponerent: nullumquè futuris temporibus fixum pro litibus dirimendis recursum haberent. Ideò hæc immutabilitas in hac Comissionis seu Dicasterij Diplomatica institutione requiritur; ut id quod de facto resolvitur & contrahitur, in futurum manuteneatur.

§. III.

Diploma secundum exigit distinctam specificationem, ac immobilitatem Dignitatum & Officiorum, per decretum Commissionis seu Dicasterij neo-instituti, resolutorum & reducendorum in expectantias sivè personales, sivè vitalitias, sivè generationales, sivè hæreditarias. Nam nemo concurret pro hac vel illa Dignitate, pro hoc vel illo Officio, nisi de ejusdem immutabilitate sit certus. Cui Diplomati clausula necessariò est inserenda, quòd futuris temporibus Dignitates & Officia semel in expectantiam quamcumque reducta, nemo acquirere poterit, nisi cum prævia depositione summæ capitalis taxatæ: & quam semel primus acquirens depositavit.

§. IV.

Pro instituendis fundis securis respectivè & proportionaliter in quolibet Regno & Provincia hæreditaria, salariorum, pensionum, ac adjutarum fixarum, & competentium dignitatibus ac Officiis, quæ in expectantiam reducuntur, tertium Diploma requiritur. Hujus autem vigore, qui pro hac vel illa expectantia contrahere intendet, taliter debet esse securus, quòd salarium, pensio, ac adjuta competens dignitati & Officio, quâ vel quo pro tempore fruetur, per quamcumque instantiam nec ab illo fundo auferri, nec nisi ipso consentiente transferri possit (salvo criminis casu) De fundorum verò proportione ac securitate fusiùs differetur in sequenti tractatu de Institutionibus circa finem.

§. V.

Cùm concurrentes pro expectantiis (quæcumque sint) summam capitalem depositare debeant, & indè usquè ad dignitatum ac Officiorum vacantiam, vel per possidentis mortem, vel liberè renunciando, vel per promotionis casum subsequentem teneantur expectare; sic justum videtur, ut de eadem summa capitali depositata, annui usufructus concurrentibus & contrahentibus exsolvantur. Quapropter quartum Diploma emanari debet, pro immutabilibus ac securis eorumdem usufructuum fundis proportio-

portionaliter ad dignitates & Officia per Regna & Provincias hæreditarias in expectantiam reducenda instituendis. Proportio autem institutionis pro annua summa usufructuum exsolvenda desumitur à determinatione annui usufructûs conventi, & ab exactione summarum capitalium, quæ depositabuntur in illo Regno, vel in illa Provincia. Si enim usufructus erit conventus ad quinque per centum, & de dignitatibus ac Officiis in expectantiam in Austria reductis, exactio fiet ad unum millionem; sic consequenter annui usufructûs fundus debet ascendere ad quinquaginta millia florenorum. De his pariter disseretur in tractatu sequenti de Institutionibus.

§. VI.

Quintum Diploma emanandum, ac transmittendum censetur ad Regna & Provincias hæreditarias respectivè per Cancellarias, pro harum expectantiarum oblatione exhibenda: ut si quis ad easdem liberè Animum applicuerit, coram Commissione, vel Dicasterio, vel coram Commissariis nomine ejusdem deputatis, personaliter se insinuet.

§. VII.

Ultimò requiritur confirmatorium Diploma, post acta Commissionis, sivè Dicasterij, cujus vigore pactata, conventa & stipulata, cum acceptione Statuum, Ordinum, Camerarum, Dicasteriorum, contrahentium, ac cæterorum, quibus incumbet, in suo robore & validitate permaneant.

TRACTATUS V.

De Institutionibus.

Institutiones hîc sumuntur pro Regulis ac directionibus ad Commissionem instituendam, & in praxim reducendas expectantias, necessariis.

INSTITUTIONES COMMISSIONIS
Sivè
DICASTERIJ.

§. I.

Commissionis, sivè Dicasterij institutio pro Præside, virum patriarum & Monarchiæ Legum expertum & conscium: fidelitate pollentem: occupationibus deditum, & in nulla alia instantia (exceptâ intimâ conferentiâ) alligatum requirit.

§. II.

Vice-Præses qualitatibus ijsdem dotatus, necessariò illi est assignandus, pro casibus infirmitatis vel absentiæ.

§. III.

Ex gremio Statuum & Ordinum cujuslibet Regni, & quarum libet Provinciarum Austriacæ Monarchiæ, in quibus expectantiarum fiet reductio, ad arbitrium Suæ S. C. R. Majestatis, unus eligendus censetur, qui pro Politicis & Provincialibus dignitatibus ac Officiis, sivè Ecclesiasticus, sivè sæcularis, Consiliarij subeat Officium, donec expectantiæ sint stabilitæ. Hoc est ex omnibus Ordinibus simul, non ex quolibet ordine, unus.

§. IV. Ex

§. IV.

Ex Dicasterio Consilij Aulo-Bellici, pariter unus assideat: & ex Græcensi Dicasterio bellico alter.

§. V.

Ex Camera Aulica nomine proprio, cæterorumquè Cameralium Dicasteriorum ex hoc vel illo gremio assumendi, tres adsint Consiliarij.

§. VI.

Pro quolibet excelso Regimine & pro qualibet Tabula Regia Regnorum & Provinciarum, ad judiciarias dignitates unâ cum Officiis enucleandas, unus adsit Consiliarius.

§. VII.

Bis vel ter in septimana, prout Suæ Sacræ Cæsareæ Regiæquè Majestati libuerit, (demptis feriis) semel in die Sessio habeatur.

§. VIII.

Qui jurati non sunt in hac Commissione sivè Dicasterio, cujuscumque sphæræ sint, juramentum præstare teneantur, juxtà formulam exhibendam.

§. IX.

Simul & semel Præses & Vice-Præses nunquam possint abesse: ambo tamen adesse.

§. X.

Ad Præsidis dispositionem stet frequentinas Sessiones habere: nunquam tamen determinatas minuere.

§. XI.

In ejusdem Præsidis sit arbitrio, illos ad Consilium pro tempore vocare & admittere, quos juxtà expectantias tractandas pro hoc, vel illo Regno aut Provincia, aut Instantia judicaverit necessarios. Hoc est si de bellicis expectantiis tractetur, illos citare possit, qui pro bellicis sedent, vel cum bellicis necessariam habent connexionem. Sic etiam de aliis expectantiis, ne per Consiliariorum multitudinem magna oriatur confusio.

§. XII.

Ex prædictis & præscriptis Consiliariis, nemo in Consilio sedere audeat, nisi per Præsidem citatus & vocatus.

§. XIII.

Liberum sit Præsidi, vel Vice-Præsidi dum in capite sedebit, à Consiliariis ad Consilium citatis ac vocatis, opinionem exquirere, vel votum excerpere, juxtà materias, quæ tractabuntur. Absquè Consiliariorum tamen consensu, post Suam Sacram C. R. Majestatem primò informatam resolvere, decidere, & expedire possit.

§. XIV.

Tantus Consiliariorum numerus intelligitur adhibendus, donec dignitates & Officia reducibilia ad propositum finem reducantur. Cæterùm successivis temporibus, ultrò Præsidem & Vice-Præsidem, duo vel tres Consiliarij videntur sufficere.

§. XV.

Consiliarij in aliis Dicasteriis salariati, novo salario frui non possint: opinio tamen est, ut aliqua adjuta vel pensio pro tempore ijsdem suppeditetur. Qui verò salaria non habent, justum est, ut provideantur.

§. XVI.

Tres Secretarij in aliis Dicasteriis nullatenus occupati, cum suis Concipistis & Amanuensibus videntur sufficere. Unus scilicet pro Corona Bohemica: alter pro Hungarica: tertius verò pro omnibus Provinciis hæreditariis. His autem unus aut alter rationum Magister addendus videtur.

§. XVII.

Nec sedendi, nec referendi jus habebunt Secretarij; sed dumtaxat concurrentium supplices libellos in actuali Commissione præsentandi & ad Instantias mittendi. Jus autem referendi penes unum Consiliarium à Præside nominandum stabit.

§. XVIII.

Quilibet Secretarius, Protocolista, & Librorum Conservator erit, pro illa Corona & expeditione, quæ ipsum concernet. Ad hunc effectum unusquisque Libros Regios & Archiducales formabit de dignitatibus & Officiis, quæ reducentur: de salariis, pensionibus & adjutis fixis ac determinatis: de fundis, ubi assignantur: de usufructibus summarum capitalium: de accidentiis, ac utilitatibus fixis cuique dignitati & Officio provenientibus: indè de jurisdictionibus, honoribus, gradibus, exemptionibus, immunitatibus, & Libertatibus, hanc dignitatem vel hoc Officium concernentibus. De quibus suo tempore particularis erit instructio.

§. XIX.

Regesta & Protocola sic censentur formanda.

Exemplum.

Corona Bohemiæ separatè habeat dignitates & Officia reducta, quæ ad Burgraviatum Bohemiæ, ad Ducatum Silesiæ Superioris, indè inferioris, ad Marchionatum Moraviæ, & ad Burgraviatum Egræ pertinent. Posteà quarumlibet Provinciarum à Corona Bohemica dependentium, dignitates & Officia reducta separentur, juxtà classes in secundo Tractatu de Classibus adductas.

§. XX.

Resolutâ per Commissionem expectantiâ hujus dignitatis aut Officij, pro illo vel altero concurrente, per Præsidem Commissionis fiat rescriptum. Quo habito Secretarius illius Regni aut Provinciæ Decretum extendat, & servatis servandis concurrenti extradet cum parvo Præsidis sigillo obsignatum.

§. XXI.

Concurrens, percepto Commissionis Decreto dignitatis vel officij, ad Cancellariam competentem se conferat, pro diplomate vel patentibus extrahendis, taxam consvetam solvendo. Si verò Cancellaria reluctari, vel longam protrahere moram voluerit: ex tunc Præses Commissionis, cum magno Sigillo & Suæ S. C. R. Majestatis subscriptione expediat.

§. XXII.

Quatuor Notarij Regij & duo Archiducales, qui sint Juristæ pro omnibus harum expectantiarum contractibus formandis, juxtà formulam assignandam, & cuique Coronæ ac Provinciæ competentem instituantur. Qui Notarij sua Regesta & Protocola apud Commissionis Archivia semper conservabunt: uti in suis privatis instructionibus dicetur. Ex his duo erunt pro Corona Bohemica: duo pro Hungarica: & duo pro Provinciis hæreditariis.

§. XXIII.

Campsor unus constituatur suâ instructione edocendus.

§. XXIV. Com-

§. XXIV.

Commissio restricta ut in §. XIV. dictum est, tamdiù stare debet, quamdiù summae capitales apud Principem erunt. Ipsius autem circà expectantias erit Judicium.

INSTITUTIONES CONSCRIPTIONIS.

§. I.

Regiis igitur & Archiducalibus Diplomatibus emanatis, Commissio sivè Dicasterium prædictum, vigore Authoritatis delegatæ & nomine Suæ Sacræ Cæsareæ Regiæquè Majestatis, benignum intimatorium Decretum emanare dignetur; ut omnes & quæcumque Cancellariæ publicæ ac privatæ nullâ exceptâ, Regnorum ac Provinciarum hæreditariarum, Dicasteriorum quorumcumque absquè ulla exceptione: Tribunalium: Excelsorum Regiminum: Statuum & Ordinum: Maresciallatuum: Districtuum: Comitatuum: Capitaneatuum generalium, & eorumdem Locumtenentium; nec non Capitaneatuum subalternorum: Dominorum Regiorum & Archiducalium, ac privatorum: Burgraviorum: Domuum Provincialium: Instantiarum: Prætoriorum, Magistratuum, Curiarum sæcularium, & Officiorum omnium publicorum ut vulgò dicitur Ambt tum in Aula tùm extrà Aulam degentes ubicumque in omnibus Regnis ac Provinciis hæreditariis Suæ Sacræ Cæsareæ Majestatis, specificam, claram, ac distinctam seriem omnium dignitatum & Officiorum, pro reductione in expectantias inclusorum vel exclusorum, quarum vel quorum collatio respectivè sub uniuscujusque regimine, directione, ac gubernio, ab Altè memorata S. C. R. Majestate, ejusdemquè clementissimo arbitrio immediatè dependet, intrà terminum præfixum, & quidem in forma authentica ad manus Commissionis seu Dicasterij scriptotenùs transmittere dignentur.

§. II.

Ut de quibuscumque dignitatibus & Officiis modo supradicto conscriptis, salaria fixa, pensiones adjutæ, utilitates, emolumenta, privilegia, exemptiones, regalia, quarteria, & accidentias, quæ ab ijsdem proveniunt pro tempore vel in perpetuum, in eadem serie distinctè conscribantur; ità quòd quælibet Cancellaria publica vel privata transmittat illud quantum fixum ex una parte, quod pro salariis, pensionibus, & adjutis annualiter est exsolvendum: & ex altera parte illud quantum, quod cuilibet pariter dignitatem vel Officium actu possidenti, ab utilitatibus, emolumentis, privilegiis, exemptionibus, regaliis, quarteriis, & accidentiis, annualiter & fixè resultat.

§. III.

Fundi omnes & quicumque, à quibus salaria, pensiones & adjutæ fixè extrahuntur, & instantiæ, à quibus solutio percipitur, pariter specificentur: & separatè conscribantur ab illis fundis, seu contingentiis, à quibus utilitates, emolumenta & accidentiæ proveniunt.

§. IV.

Nomina & cognomina, cum loco Nationis & Patriæ actu possidentium dignitates & Officia, conscriptioni inserantur: & ubi quisque residet & servit, vel servire debet, specificetur.

§. V.

Dignitates & Officia, quæ tempore conscriptionis vacabunt, scilicet à die intimationis Cæsareo-Regij ac Archiducalis Decreti per Commissionem sivè Dicasterium emanati, usquè ad transmissionem requisitæ conscriptionis, distinctè specificentur, vacan-

Vacantium autem dignitatum & Officiorum collatio, usquè ad tempus stabiliti concursûs, pro ijsdem cum summa depositanda obtinendis suspendenda censetur.

§. VI.

Honores & gradus à dignitatibus & Officiis fixa salaria, pensiones, adjutas aut fixa quæcumque alia accidentia & utilitates merentibus provenientes conscriptioni subjaceant.

§. VII.

Dignitates & Officia ad titulum dumtaxat honorarium, cum Sessione, sivè non apud instantiam, absquè ullo salario, vel utilitate collata, in eadem serie cum honoribus, exemptionibus, privilegiis, ac gradibus, quibus actu fruuntur, & cum possidentium nominibus apponantur. Excipiuntur tamen tituli Nobilium Provincialium, & Regnicolarum, Equitum, Baronum, ac Comitum, qui per supremas Regnorum ac Provinciarum hæreditariarum Cancellarias sunt collati, & conferuntur.

§. VIII.

Jus unà cum titulo, sub quo actu possidentur dignitates & Officia, scilicet pro vita durante, vel pro Filiis ac Filiabus, vel per duas aut tres generationes, vel hæreditariè inferatur. Et hoc non obstante specificetur, an unus alteri cesserit, vel ab eodem coëmerit cum consensu, vel absquè Principis scitu.

§. IX.

Expectantiam habentes quamcumque pro dignitatibus & Officiis cujusvis sint instantiæ, specificè conscribantur: & de literis patentibus, de contractibus initis, ac de Diplomatibus, cum originalibus, vel per paria authentica, coram Commissione sivè Dicasterio, tempore, quo transmittetur conscriptio, fidem faciant. Cæterùm aliis concurrentibus conferatur expectantia.

§. X.

Si quis pro actuali dignitate & Officio, quod possidet & actu exercet vitâ durante, apud Regia vel Archiducalia æraria, vel nomine Suæ Cæsareæ Regiæquè Majestatis, ejusdemquè Dicasteriorum, apud propriam instantiam, summam pecuniariam, ut vulgò dicitur Darlehen, depositavit, vel semel pro semper quid & quantum exsolverit, eamdem summam cum conditionibus contractûs specificare teneatur: & per Cancellariam suæ propriæ instantiæ, in forma authentica, ad Commissionem sivè Dicasterium delegatum transmittere. Sermo tamen non est de muneribus privatis spontè oblatis vel conventis.

§. XI.

Idem sentiendum est in hoc §. quod in præcedenti §. X. dictum fuit: scilicet, ut omnes illi, qui ad dignitates & Officia sæcularia, expectantiam actu habent quamcumque, apud propriæ Instantiæ Cancellariam insinuare se debeant: ibidemquè summam pecuniariam, si depositàrunt, cum conditionibus contractûs producere. Ejusdem verò instantiæ Cancellaria ad Commissionem sivè Dicasterium, acta transmittat.

§. XII.

Qui honorarias dumtaxat dignitates & Officia cum solo titulo acquisiverunt: & sub Classibus in secundo hujus Operis Tractatu allatis comprehenduntur: atquè pro ijsdem obtinendis summam pecuniariam, cum usufructu annuo nomine Principis percipiendo depositaverunt, vel semel pro semper publicis æerariis exsolverunt, eamdem pariter in propriæ instantiæ Cancellaria specificent: & per hanc in forma authentica, ut suprà dictum est, transmittatur.

§. XIII. Si

§. XIII.

Si quis tempore conscriptionis coram propria Instantia, vel ejusdem Cancellariæ personaliter (ubi fieri poterit) vel per Procuratorem non se insinuaverit & comparuerit, ut cum formalitatibus suprà allatis conscribatur, eodem præfixo conscriptionis termino expirato, ultrò non conscribatur. Actu verò possidens dignitatem vel officium, ab ejusdem exercitio suspendatur: honorarius autem, à gradu & honore, donec à Sua C. R. Majestate per Commissionem seu Dicasterium deponatur, vel iterùm habilitetur.

§. XIV.

Delegati ac demandati apud Cancellarias ac Instantias tum publicas tum privatas pro istis conscriptionibus absolvendis, Juramento conscripti stare teneantur, ubi literalia instrumenta (seclusâ fraude) produci non poterunt. Ipsi verò conscriptores Juramento fidelitatis ergà Principem adstringantur: & si in crimine falsi deprehendantur, pœnis à jure ac statuto municipali inflictis subjaceant.

§. XV.

Taxa pro conscriptorum laboribus ac emolumentis respectivè in publicis ac privatis Cancellariis & instantiis exigenda, ad Commissionis sivè Dicasterij arbitrium remittitur.

INSTITUTIONES REDUCTIONIS.

§. I.

Nulla dignitas aut Officium in expectantiam, quæcumque sit, reduci poterit, cui jura & approbatæ consvetudines, privilegia, libertates, pacta, aut diplomatà instantiarum contrariantur; nisi Suæ Sacræ C. R. Majestati, vel novas leges condere, vel priscas placeat dispensare.

§. II.

Dignitates & Officia cujuslibet Regni aut Provinciæ: Dicasterij aut Instantiæ, in expectantias reduci non possunt; nisi ultrò Regium & Archiducale Diploma, per Decretum Commissionis sivè Dicasterij de earumdem ac eorumdem numero fixo & perennali immutabilitate firmentur. Nam reducibilitas expectantiarum à determinato & immutabili numero Dignitatum & Officiorum in hoc Dicasterio, vel in illa instantia necessariò dependet.

Exemplum.

Camera Aulica habet quinquaginta Consiliarios. Ex his, viginti quatuor fruuntur salario. Duodecim pensione vel adjuta fixa. Quatuordecim sunt honorarij cum solo titulo. Necesse est, ut Commissio, seu Dicasterium istas dignitates, vel quantas judicaverit, in numero in utilitate & immutabilitate sic stabiliat, quòd nullum inter concurrentes & summas pro expectantiis depositantes, dubium possit oriri.

§. III.

Stabilità ac confirmatà serie dignitatum & Officiorum ad prædictam securitatis normam reducibilium, nulla dignitas aut Officium in expectantiam transire poterit, nisi summa capitalis deponenda in perennalem fundum & usufructum, in Tractatu de summis specificandum convertatur, & per Decretum Commissionis sivè Dicasterij, cum evictione assecuretur.

§. IV. Ab

§. IV.

Ab enumeratione Classium in Tractatu II. adducta: à conscriptione dignitatum & Officiorum, per Cancellarias & Instantias transmissa; & à summis pecuniariis, quas Regium & Archiducale Ærarium exigere & percipere sibi proponit, desumenda est numeralis proportio dignitatum & Officiorum, quæ in hoc vel in illo Regno: in hac vel illa Provincia debent reduci.

Exemplum.

Series Classis Cameralis adducta, & conscriptio Cancellariæ Cameralis Bohemicæ producunt ducentas dignitates & officia Cameralia illius Regni, sivè illius Coronæ. Regia Majestas Bohemica, vel ipsius Regium Ærarium annualiter exsolvit pro salariis, pensionibus & adjutis illarum ducentarum dignitatum & officiorum Cameralium centum millia florenorum. Regia Majestas iterùm pro quibuslibet centenis florenis annuis salarij, pensionis, vel adjutæ fixæ in hac expectantiarum reductione petit depositandam summam capitalem mille florenorum. Hac igitur servata proportione, ex centum millibus florenorum annuorum prodibit summa capitalis unius millionis. Quàpropter si Commissio vel Dicasterium hanc summam intendit exigere, omnes ducentas dignitates Camerales Bohemicas, in expectantiam debet reducere. Sin minus, servanda est proportio pro illo numero dignitatum, qui summæ desideratæ æquivalebit.

§. V.

Plures dignitates & officia in hoc vel illo Regno, in una vel altera Provincia in expectantias reduci non debent, quàm satisfacere possit, cum fundis salariorum, pensionum. adjutarum & usufructuum: nisi aliter provideatur.

§. VI.

Dignitates & officia, quæ semel in expectantias reducuntur: & pro ijsdem per hanc vel illam personam aut Familiam, summæ capitales depositantur, gratis in futurum conferri non possunt.

Exemplum.

Titius acquisivit & exercuit expectantiam personalem Consiliariatûs cum depositione summæ capitalis ad quindecim millia florenorum. Occumbente Titio, vacat idem Consiliariatus, pro quo Cajus concurrit apud Principem, & apud instantiam, vel ex gratia vel ex meritis obtinendo. Ex tunc gratis conferri non potest, nisi Cajus in Officium succedens prædecessoris hæredibus summam exsolvat: aut saltem Princeps sivè Instantia summam depositet. In quo casu Caij Successor gratis à Principe vel Instantia poterit obtinere, si Princeps aut Instantia, summæ depositatæ pro Cajo, liberè cesserint & renunciaverint.

§. VII.

Commissio seu Dicasterium neo-instituendum, insciis Instantiis, Dignitates & Officia in expectantias reducere nequit. Instantiæ verò à die intimationis intrà tres dies vel opponere, vel annuere scriptotenùs teneantur. Cæterùm ad reductionem Commissio procedat: salvis tamen illis dignitatibus & officiis, pro quibus specialis consensus Instantiarum requiritur, ut in Tractatu de Classibus Classi V. §. I. dictum fuit: & illis aliis quæ ab expectantiis penitus excluduntur, vt in Tract. de Notandis.

§. VIII.

Juxtà ordinem expectantiarum desuper assignatum, scilicet Personalis, vitalitiæ, Generationalis, & hæreditariæ, per Commissionem sivè Dicasterium, in ijsdem dilucidandis

dandis procedi debere censetur. Hoc est ut primò à personalibus expectantiis distinctè in hoc Regno aut Provincia: in ista & illa instantia, indè ab aliis consequenter fiat resolutio & conscribatur enumeratio. Nam personales expectantiæ requirunt actu capacem.

§. IX.

Radix cognitionis pro reductione dignitatum & Officiorum in hanc vel illam expectantiam ab earumdem & eorumdem qualitate desumitur.

Exemplum I.

Referendariatus requirit actu capacem, qni personaliter officio incumbat; ergò non potest transire in vitalitiam, nec in generationalem, nec in hæreditariam expectantiam; sed in personalem, quia concurrens solus supplere potest.

Exemplum II.

In Camera Aulica sunt triginta Consiliarij. Quandoque vix viginti sedent; ergò parum interest; ut quinque vel sex absint per ætatem incapaces. Igitur vitalitia vel generationalis potest dari expectantia.

Exemplum III.

Supremus Capitaneatus Carinthiæ collatus fuit titulo hæreditario huic vel alteri familiæ, ergò etiam alibi sic fieri potest. Quod si hæres incapax sit, Locumtenens supplere potest.

INSTITUTIONES LIQUIDATIONIS.

§. I.

Expectantiarum serie explanatâ ac statutâ: & pro quolibet Regno ac Provincia, nec non Dicasterio cujuslibet, distinctè in Regestis specificatâ, ad summas annuas salariorum, pensionum, & adjutarum fixarum, quibus hæc vel illa dignitas & officium in illo Regno, Provincia, ac dicasterio in expectantiam reductum, pro annuali indiget solutione, liquidandas, necessariò est procedendum.

Exemplum.

Archiducatus Austriæ habet trecentas dignitatum & officiorum expectantias, scilicet centum militares: sexaginta Camerales: Quadraginta Judiciarias: Quinquaginta Politicas: Vigintiquinque Aulicas: & viginti quinque Provinciales reductas, ac à Principe pro collatione dependentes.

Centum militares sunt, Consiliariatus pro exemplo 20. scilicet iste N. N. quorum quilibet habet fl. 1500. pro fixo Salario, &c.

igitur - - - - - -	fl. 30000.
Item 20. Arcium Præfecti, quorum unus habet fl. N. alter fl. N. annuatim, & sic omnes ascendunt ad - - - - -	fl. 60000.
Item in Cancellaria propria Secretarios N. N. quorum quilibet habet fl. N. Concipistas N. Cancellistas. Item Directorem N. & sic de reliquis, qui omnes annuatim habent pro exemplo. -	fl. 25000.
Item in Artilleria præsidiaria habet talem dignitatem N. cum fl. N. Tale officium N. cum fl. N. &c. quæ omnia ascendunt in Salariis, sivè in pensionibus vel adjutis pro exemplo ad - -	fl. 15000.
	Summa 130000.

§. II.

Ordo pro militaribus expectantiis superius adductus, etiam pro aliis Dicasteriis observetur, scilicet pro eorumdem dignitatibus & officiis in expectantias reductis, & easdem per seriem Classium conscribendo. Indè in Regestis omnium expectantiarum, quæ pro Archiducatu Austriæ sunt statutæ, ex salariis fixis ac particularibus hujus dignitatis vel officij, procedatur ad extractum summarum quodlibet Dicasterium concernentium.

Exemplum.

Centum Militares. - - - -	fl. 130000.
Sexaginta Camerales. - - -	fl. 90000.
Quadraginta Judiciariæ. - - -	fl. 50000.
Quinquaginta Politicæ. - - -	fl. 150000.
Vigintiquinque Aulicæ. - - -	fl. 60000.
Vigintiquinque Provinciales. - - - -	fl. 40000.
	Summa fl. 520000.

Igitur Archiducatus Austriæ pro salariis, pensionibus ac adjutis fixis omnium dignitatum & officiorum, quæ in expectantias transiverunt, producit & exsolvit annualiter summam prædictam florenorum quinquies centum & viginti millium.

§. III.

Regestum consimile fiat, pro aliis Regnis & Provinciis hæreditariis separatum & distinctum.

§. IV.

Cùm dentur dignitates & officia, quæ pluribus fixis utilitatibus, emolumentis realibus, & determinatis accidentiis fruuntur, sic tales pariter sunt liquidandæ, ut ex earumdem liquidatione extrahantur summæ dicasteriales provenientes: & ex istis integra summa illius Regni aut Provinciæ, quæ sub titulo (ut ajunt) Accidentiæ permittitur, conceditur, vel erogatur illis, qui in actuali dignitate sunt & officio. Hæc liquidatio maximè est necessaria, quia pro radice proportionali inservire debet: Nam sicut pro quibuslibet centenis florenis annui salarij, pensionis, vel adjutæ fixæ quædam summa capitalis per concurrentes ad dignitates & officia, est depositanda; sic pro quibuslibet pariter centenis florenis fixarum utilitatum, realium emolumentorum, & determinatarum accidentiarum, alia summa capitalis, minor tamen quàm prima, debet per eosdem depositari. Quapropter pro istis liquidationibus separatum Regestum est formandum, vel prout placuerit, in Regesto salariorum inseri possunt.

§. V.

Sub nomine utilitatum, emolumentorum, & accidentiarum cadunt. I. Quarterium pro habitatione. II. Panis annonarius, vel locò ejusdem id, quod pro æquivalentia datur. III. Pannus. IV. Vina & segetes. V. Comestibilia quæcumque à Principe vel ejusdem nomine data. VI. Census fixi vel per Cives, vel per rusticos, vel per quoscumque alios exsolvendi & huic dignitati aut officio assignati. VII. Ligna quæcumque. VIII. Agri, Vineæ, Sylvæ, Prata, Pascuationes, & similia fixè pro dignitate & officio determinata. IX. Telonia quæcumque. X. Jus braxandi & vendendi Cerevisiam. XI. Jus vina educillandi. XII. Jus pecuniariè mulctandi. XIII. Jus macelli. XIV. Jus piscandi, saliendi, & sales vendendi. XV. Jus Officinas erigendi,

gendi, & indè consimilia emolumenta computantur, quæ à Principe vel à Ministerio sunt determinata.

§. VI.

Taxæ, quæ percipiuntur in Cancellariis quibuscumque, regalia, honoraria, & privata pro expeditionibus munera non computantur. Quamvis hæc omnia sint certa, illud plus vel minus semper est incertum; ideò præstat omittere.

§. VII.

Forma registrandi & liquidandi utilitates & emolumenta, hîc inseritur.

Exemplum.

Administrator N. ultrà Salarium fixum habet pro quarterio.	fl. 300.
Pro jure proprij educilij.	fl. 150.
In Lignis.	fl. 50.
Pro tot agris Cameralibus ipsi ad usum concessis, fruitur.	fl. 100.
In pane vel in farina, vel in segetibus habet.	fl. 150.
In pascuationibus.	fl. 100.
Pro tali utilitate N. & sic de reliquis.	fl. 15.
	Summa fl. 865.

§. VIII.

Talis utilitatum, emolumentorum ac accidentiarum fixus proventus fiat, pro omnibus dignitatibus & officiis cujuslibet Dicasterij separatè, ut suprà dictum est de salarijs, cum extractis summarum. His additis, ut circà accidentias & utilitates, præsertim quodammodò incertas quoad illud quantum annuum, quamvis fixas, potius minus, quàm plus computetur.

Exemplum.

Centum Militares dant in utilitatibus, &c.	fl. 50000.
Sexaginta Camerales.	fl. 40000.
Quadraginta Judiciariæ.	fl. 15000.
Quinquaginta Politicæ.	fl. 20000.
Vigintiquinque Aulicæ.	fl. 30000.
Vigintiquinque Provinciales.	fl. 20000.
	Summa fl. 170000.

§. IX.

EXTRACTUM GENERALE.

Archiducatus	*Salariorum. pro exemplo.*	*Accidentiarum.*
Austriæ.	fl. 520000.	fl. 170000.
Bohemia.	fl. 600000.	fl. 200000.
Hungaria.	fl. 500000.	fl. 150000.
Moravia.	fl. 100000.	fl. 40000.
Silesia.	fl. 150000.	fl. 45000.
Sic de reliquis	Summa fl. 1870000.	Summa fl. 605000.

§. X.

In Regeſtis & Libris, in quibus liquidatæ ſunt primò ſummæ ſalariales: ſecundò ſummæ accidentiarum, addantur tertiò diſtinctè per Dicaſteria: per Regna & Provincias, ſeries Jurisdictionum, honorum, graduum, exemptionum, privilegiorum, immunitatum, authoritatum, ac libertatum, à dignitatibus & officiis in expectantiam reductis, cuique actu poſſidenti, convenientium, provenientium & collatarum: quævè in futurum poſſidentibus, ſcilicet pro expectantia contrahentibus, convenient, provenient, & conferentur.

Exemplum.

Capitaneatus generalis Styriæ fruitur,

I. Titulo N.
II. Exemptione N.
III. Authoritate N.
IV. Privilegio N.
V. Honore & gradu N.
VI. Libertatibus N. N.
VII. Jurisdictione N. &c.

Sic cenſetur agendum de cæteris dignitatibus & officiis politicis & conſequenter omnium aliorum Dicaſteriorum, in quolibet Regno & Provincia, ut ſpecificè ſciatur id honorificum, quod ad hanc vel illam dignitatem, ſivè officium absquè ulla cunctatione pertinet.

§. XI.

Liquidatis omnibus ſummis ſalariorum & accidentiarum, uti in §. IX. ſuperius allatum eſt exemplum: & non ſolùm pro quolibet Dicaſterio diſtinctè; verùm pro quolibet Regno & Provincia, neceſſariò ad fundorum aſſecurationem, proportionem ac repartitionem, pro dignitatum & officiorum in expectantias reductorum, ſalariis exſolvendis, eſtj procedendum. Hæc autem aſſecuratio ſic ſtabiliri debet, ut perennaliter ſubſiſtat, prout in Tractat: de Diplomatibus. §. IV. dictum eſt: & hoc non ſecùs ac ſi Familia illa vel iſta pro expectantiis ſummas taxatas deponens, bona immobilia, Allodialia, Avitica, Paterna, Materna, vel acquiſita poſſideret. Quapropter Princeps terræ unà cum Statibus & Ordinibus ſuorum Regnorum & Provinciarum, ac cum ſuis Dicaſteriis Cameralibus, convenire debet; ut tales ſummæ cuique Regno & Provinciæ, pro ſalariis annuis exſolvendis, contingentes perennaliter & immutabiliter ſtabiliantur Undè cum mutua ac reciproca contractûs ſtipulatione, talis aſſecuratio, vel ſuper Status, vel ſuper (ut ajunt) *Bancos* erigendos fieri debet. Dicaſteria verò Cameralia fundos æquivalentes ac perpetuos, ſivè Statibus ſivè *Banchis* aſſignare & reſignare procul dubio deberent.

§. XII.

Tali ſuppoſitâ aſſecuratione, proportio fundorum ſic eſt obſervanda, quòd unum Regnum aut Provincia, plus de ſalariis, penſionibus & adjutis aſſecurare & exſolvere non teneatur: quàm dignitatum & officiorum in eodem ſivè in eadem reductorum numerus exigit ac importat.

Exemplum.

In ſuperiori §. IX. Sileſia fuit liquidata in 150000. fl. pro exſolvendis ſalariis, &c. dignitatum & officiorum reductorum ad expectantias, in eodem Ducatu. Sic illa Provincia alias aſſecurationes in hoc caſu præſtare non tenebitur, quàm pro ſumma ipſi liquidata, juxtà numerum dignitatum & officiorum ſuorum. Sic de reliquis Regnis ac Provinciis.

§. XII. Si

§. XIII.

Si verò absquè fraude constabit, quòd unum Regnum aut Provincia summæ liquidatæ supplere non possit, ex tunc consultum censetur, ut suprà fundos vicinioris, perennalis suppleatur assecuratio.

§. XIV.

Post assecurationem & proportionem cujuslibet Regni & Provinciæ, quodlibet & quælibet ex istis, per Consiliarios suorum Statuum & Ordinum, in Commissione seu Dicasterio delegando, repartitionem illius summæ contingentis per Dicasteria propria cum assignationibus immutabilibus facere debet.

Exemplum.

Silesia fuit liquidata in	fl. 150000.
Ex his Dicasterium politicum debet percipere.	fl. 40000.
Militare.	fl. 30000.
Aulicum.	fl. 30000.
Camerale.	fl. 25000.
Judiciarium.	fl. 25000.
	Summa fl. 150000.

His addendum, quòd istæ repartitiones pro Dicasteriis, per Status & Ordines cujuslibet Regni & Provinciæ, post fundorum Cameralium realem perceptionem fieri debeant: & ut suprà dictum est, respectivè per suos Consiliarios præsentari, extradari & perennaliter cedi Commissioni delegatæ; quatenùs hæc juxtà summas capitales, quas à concurrentibus pro tempore percipiet, privatas repartitiones, & assignationes pro Petro vel Paulo: pro hac vel illa familia, contractus solemniter stipulando, faciat & emanet: ut in Tractatu de Observationibus Contractuum dicetur.

§. XV.

Status & Ordines Regnorum ac Provinciarum cedendo repartitiones & assignationes generales sibi contingentes: & alias extractas pro Dicasteriis, coram commissione & Commissioni, fundos quoquè manifestare & specificare teneantur. Commissio autem post eorumdem oculatam revisionem, & cognitam assecurationem, de ijsdem pro futuro disponat.

§. XVI.

Jurisdictio sit & cura Commissionis, sivè Dicasterij delegati, repartitiones facere, ac assignationes dare cuilibet in particulari pro hoc vel illo Dicasterio illius Regni aut Provinciæ, juxtà summas per unumquemlibet depositatas: & juxtà dignitatem sivè officium, cujus quilibet habet expectantiam. Et hoc non obstante, quòd assignationem percipiens & annuum salarium, pensionem, vel fixam adjutam exigens ab alia instantia dependeat. Nam si Cameralia Dicasteria Statibus & Ordinibus Regnorum & Provinciarum fundos cesserunt: Status verò & Ordines Commissioni, sic in ejusdem potestate jus repartitionis, assignationis, quin imò realis exsolutionis per suos subalternos Officiales, vel Solutores aut Campsores stare debet; ne summæ annuæ jure debitæ & assignatæ illis, qui pro expectantiis contraxerunt per Camerarum vel Statuum & Ordinum dispositionem aliò distrahantur: & ne Creditores jure suo fraudentur.

§. XVII.

Cùm fundorum assignatorum collecta ad Status & Ordines pertinere videatur: tamen ne confusiones & damna, ob tarditatem longamquè temporis moram in colle-

ctando

ctando oriantur: nevè per insanam quorumdam cupiditatem, extrà assignationis terminos diù debeant expectare, vel injustas discretiones dare Creditores; sic Justitiæ consonum est, ut Commissio sivè Dicasterium in quolibet Regno & Provincia, ubi fundos ad jus expectantiarum pertinentes habebit, suum constituat Compossessorem, qui in collectando per se & per suos semper assistat: & in tempore collectare faciat. Cæterùm ad exequutionem procedendi, ex mandato tamen Commissionis jus habeat. Compossessor autem Thesaurarij simul & solutoris munus subire teneatur: & perceptis à Statibus & Ordinibus summis respectivè ab illo vel altero fundo extractis, juxtà Commissionis (secluso quocumque alio cujuslibet Dicasterij aut instantiæ mandato, extrà Commissionem publicè vel privatè emanato) mandata, ordines, dispositiones & assignationes, absquè fraude & dolo, summas Creditoribus distribuat & exsolvat. Pro quo ijdem compossessores Juramentum coram Commissione præstare teneantur.

§. XVIII.

Prouti superiùs in §. XIV. hujus Tractatûs de Liquidationibus, adductum est exemplum cujuslibet Dicasterij pro quolibet Regno aut Provincia; sic pariter observandum censetur: ut in Regesto cujuslibet Dicasterij, personæ cum dignitatibus ac officiis, eorumdemquè fixis salariis, pensionibus, & adjutis distinctè conscribantur & specificentur. Hoc verò ut sciatur & stabiliatur modus assignationum fixarum pro Creditoribus, qui summas capitales depositârunt.

Exemplum.

Titius super fundum assignatum in Silesia pro dignitatibus & officiis Cameralibus in expectantiam reductis, contraxit pro Consiliariatu N. & depositavit. fl. 25000.

Idem Titius pro expectantia dumtaxat personali convenit: ut vacante Officio Consiliariatûs N. & ipso subintrante, pro quibuslibet 1000. fl. depositatis fl. 100. annuos in salario fixo percipiat: undè annuè sunt ipsi exsolvendi. - fl. 1500.

Igitur ex fundo Camerali Silesiæ, qui ad fl. 25000. est determinatus, Titius assignatur pro fl. 1500. de reliquis in eodem Dicasterio, & in aliis ejusdem Provinciæ, juxtà initi contractûs conditiones, pro expectantiis aliis, quæ minus, quàm centum florenos annuos, ex mille fructificant.

§. XIX.

Tales autem assignationes Salariorum, pensionum & adjutarum fixarum, ad proportionem fl. 100. annuorum pro quibuslibet mille depositatis, intelliguntur pro illis dumtaxat, qui actu exercent officium, sivè personali, sivè vitalitio, sivè generationali, sivè hæreditario dignitatis ac officii jure fruantur. Si verò actu non exercent, vel exercere nequeunt, tùm ob sexûs, tum ob ætatis incapacitatem datam in illa persona, quæ in jus expectantiæ paternæ aut maternæ succedit, tunc usquè ad ætatem capacem puer, & ad ætatem nubilem fæmina, donec capacem ducat, ex illo annuo salario fixo, pensione, vel adjuta, sex per centum annuè, vel prout placuerit septem, juxtà summam per se, vel per tutores, vel per Parentes, vel per Avos, vel per quoscumque alios, quorum legitimus sit hæres aut Successor depositatam percipiet. Residuum autem illius fixi salarij pensionis, vel adjutæ in arbitrio Principis stabit, ut detur alteri, qui in officio aut dignitate supplebit: vel si nulla supplendi necessitas erit, ut pro tempore ad publicum Ærarium deveniat. Hoc tamen intelligendum de illis dignitatibus & officiis, in quibus Princeps terræ jus habet supplendi, non verò de illis aliis inferioribus, pro quibus contrahentes, vel succedentes, si incapaces fuerint exercendi, per se,

se, vel per tutores suos, jus habent præsentandi capacem, ut usquè ad capacitatem possit supplere, & suppleat.

Exemplum.

Titius contraxit pro vitalitia expectantia: Intravit in officium & per quinquennium exercuit. Obit, & constituit hæredem tum summæ depositatæ ad fl. 10000. tum officij Cajum filium suum primogenitum, qui per ætatem incapax est. Cajus usquè ad ætatem capacitatis & installationem in officium, non fruitur de salario paterno, nisi fl. 600. annuos. Quadringenti alij sunt applicandi, ut suprà dictum est.

§. XX.

In Tract: de Diplomatibus §. V. allegata fuit causa & modalitas fundos instituendi pro usufructibus annuis summarum capitalium percipiendis, donec dignitatis aut officij conventi, vel pro primo contrahente, vel pro ejusdem Successore, detur vacantia. Hic autem agitur, quomodò in Regestis separatis, Liquidationes eorumdem usufructuum sint inserendæ & conservandæ, tum pro tota Monarchia, tum pro quolibet Regno aut Provincia, tum pro quolibet Dicasterio, tum pro qualibet persona, quæ pro hac vel illa dignitate aut officio in expectantiam reducto, contraxit.

Exemplum I.

Summæ.	*Usufructus.*
Austriaca Monarchia pro expectantiis dignitatum & officiorum, cum onere usufructûs annui exsolvendi percepit. floren. 10000000.	Usufructus annuus est conventus ad 5. per centum, uti ex Regesto N. N. & contractu N. N. igitur fundus annuus ejusdem erit. fl. 500000.

Exemplum II.

De hac summa decem millionum, pro dignitatibus in Austria reductis, exacta est summa - - -	fl. 1500000.	Igitur annuus fundus usufructuum in Austria ascendet. ad -	fl. 75030.
In Bohemia exacta est summa ad -	fl. 3000000.	Usufructûs fundus.	fl. 150000.
In Hungaria. - - - -	fl. 3000000.	Fundus ejusdem.	fl. 150000.
In Silesia. - - - -	fl. 1000000.	Fundus.	fl. 50000.
In Austria interiori. - - -	fl. 1000000.	Fundus.	fl. 50000.
In Moravia. - - -	fl. 500000.	Fundus.	fl. 25000.
	Summa fl. 10000000.		Summa fl. 500000.

Exemplum III.

Ex summa fl. 500000. quæ Moraviam concernit, pro dignitatibus Politicis exacti sunt. - - -	fl. 150000.	Usufructus ejusdem. Dicasterij.	fl. 7500.
Pro Militaribus. - -	fl. 150000.	Usufructus.	fl. 7500.
Pro Cameralibus. - -	fl. 200000.	Usufructus.	fl. 10000.
	Summa fl. 500000.		Summa fl. 25000.

Sic procedendum censetur cum Dicasteriis omnium Regnorum & Provinciarum juxtà determinatum contingens; pro quibus Dicasteriis fundi usufructuum semper debent esse separati & in loco certo assignati.

Exemplum IV.

De summa fl. 150000. Dicasterij Politici in Moravia, Cajus, qui habet expectantiam pro Capitaneatu generali depositavit Anno N. Mense - - Die juxtà contractum N. - -	fl. 40000.	Usufructus annuus. erit. - - -	fl. 2000.
Titius pro expectantia digintatis N. depositavit. - - -	fl. 30000.	Usufructus. annuus. - -	fl. 1500.
Sempronius pro dignitate N. depositavit. - - -	fl. 20000.	Usufructus.	fl. 1000.
Silvia N. pro dignitate N. Nomine Filij N. depositavit. - -	fl. 15000.	Usufructus.	fl. 750.
Director Tabulæ Regiæ pro expectantia officij in Filio suo depositavit. - -	fl. 20000.	Usufructus.	fl. 1000.
N. pro expectantia Locumtenentiæ generalis depositavit. - -	fl. 25000.	Usufructus.	fl. 1250.
	Summa fl. 150000.	Summa	fl. 7500.

§. XXI.

Observandum est, quòd tamdiù summarum capitalium depositarum annuus durat usufructus, quamdiù contrahens in dignitatem vel officium non est installatus: & integro ejusdem fixo ac convento salario, pensione, vel adjuta non fruitur. Quod si hisce fruatur, ex tunc cessat usufructus annuus, & publico Ærario applicatur. Ideò pro istis cessantibus usufructibus, uti pro diminutione salariorum, ut supra dictum est. §. XIX. Regesta particularia requiruntur.

Exemplum.

Cajus pro expectantia Capitaneatûs Generalis depositavit fl. 40000. & percepit usufructum annuum fl. 2000. Mortuo possessore, ipse installatur. His actis Cajus vità ipsius durante percipit annuos fl. 4000. in fixo salario, cessantibus 2000. florenis usufructualibus. Ipso verò moriente, si hæres aut Successor est capax actu exercendi: aut si fæmina fuerit, ducet immediatè capacem, ex tunc præfatus hæres à die installationis nullatenùs ultrò terminum præfixum differendæ, vità quoquè durante integro 4000. fl. annuorum fixo salario, ab aliis usufructibus ullis fruetur. A die verò obitûs Parentum, vel juris possessorum illius expectantiæ, vel resignantium, vel vendentium, vel legantium, vel testantium eamdem, usquè ad diem installationis, hæres aut Successor nil aliud percipiet, nisi quinque per centum pro rata temporis de summa depositata: & hæc summa ex fundo usufructuum desumetur. Interim tamen illud quantum fixi salarij vacantis pro intervallo temporis, juxtà Commissionis vel Dicasterij delegati judicium præscribendi, ad publicum Ærarium deveniet. Si verò hæres aut Successor post obitum Caij capax non fuerit, usquè ad capacitatis tempus, ex salariorum fundo sex per centum annuis fruetur: & à die declaratæ capacitatis, usquè ad diem installationis realem, ex fundo usufructuum quinque per centum proportionaliter & dumtaxat habebit. De his fusius in sequentibus Tractatibus de Summis & de Juribus contrahentium differetur.

§. XXII.

Tandem si Cameralia Dicasteria, Statibus & Ordinibus Regnorum ac Provinciarum Camerales fundos, tum pro fixis salariis, tum pro usufructibus annuis exsolvendis cedere

cedere in perpetuum renuerent: Aut si ipsimet Status & Ordines hoc perennale onus sibi assumere nollent: aut si talis fundos constituendi modalitas, longam pro imminentibus Monarchiæ necessitatibus, moram protraheret, sequens medius terminus posset observari, scilicet:

I. Ut Excelsa Camera Aulica, cæteraque Cameralia Dicasteria respectivè Regnorum ac Provinciarum Monarchiæ Austriacæ pro quanto cuique Cameræ contingenti (ut in Liquidationibus pro exemplo dictum est) ad exsolvenda fixa salaria & usufructus annuos pro expectantiis conventos; coram Commissione sivè Dicasterio delegato, fundos securos & liquidiores, ut sunt salium, teloniorum, & similium insinuent & producant.

II. Ut fundi producti pro salariis & usufructibus exsolvendis, distinctè quoad annuos proventus liquidentur: & cum summis Cameralibus, vel cum summis, quæ ab expectantiis in primo reductionis principio provenient, ab omni anticipationum, assignationum, & hypothecarum onere liberentur.

III. Ut prædicti fundi quidem apud Cameralia Dicasteria permaneant: admissis tamen apud eosdem perpetuis compossessoribus, nomine illorum, qui pro expectantiis summas depositarunt.

IV. Ut Compossessorum electio fiat per illos, qui in quolibet Dicasterio cujuslibet Regni aut Provinciæ, pro ijsdem expectantiis personalibus, aut pro vitalitiis, generationalibus ac hæreditariis jus habent; ità quòd quodlibet Dicasterium suum habeat separatum Compossessorem, pro quanto illius fundi ipsi contingenti.

V. Quod non observatis conditionibus per Dicasteria Cameralia, Princeps terræ eosdem fundos vel Statibus & Ordinibus: vel Commissioni sivè Dicasterio delegato cum onere exsolutionis, & evictionis tradat administrandos.

INSTITUTIONES

Notariorum Regiorum & Archiducalium.

Cum pro administratione Justitiæ non modicum Notarij concurrant, utpotè qui per publica litteralia Instrumenta rei factum & causæ veritatem coram Magistratibus, Instantiis & Dicasteriis ostendunt; sic etiam tale officium aliquali indiget reflexione. Hæc verò potissimùm habenda est super illos Notarios, qui juribus nón incubuerunt: & eò magis jurium municipalium ignari, quamvis de ijsdem quidam modicùm blaterare sciant, favore hominum promoveantur: quodvè plus est populorum & dominiorum judiciis præficiuntur. Undè cùm summa administratio Justitiæ apud Principem terræ jure stet, quamvis electio Notariorum ut plurimum ad instantias pertineat, meritò Princeps terræ electos pro causis publicis ventilandis, & pro Justitia administranda nóscere debet: & ad examen ac confirmationem officij trahere potest.

Harum igitur institutionum robur non consistit in abrogandis privilegiis & jurisdictionibus Instantiarum quarumcumque pro Notariorum denominatione, creatione ac electione, sed in examinandis & confirmandis per Comissionem seu Dicasterium delegatum, illis personis ac subjectis, quæ ad talia promoventur officia. Indè ut tales examinati ac confirmati, qui fixa merentur salaria, ad instar aliorum officiorum in expectantias reductorum, summam capitalem quoque deponant: qui verò non merentur, annuam summam Principi pendant, ut in Tractatu de Summis dicetur.

Privilegium igitur, & jus municipale sivè consvetudinarium eligendi Notarios cuilibet Instantiæ permittitur: eosdem tamen multiplicare harum institutionum vigore,

consultum censetur: & ex hac potissimùm ratione, quòd in dominiis terrestribus jure gladij fruentibus intrà Regna & Provincias hæreditarias, quàm plurimi sub titulo Provisorum ac Præfectorum, jus populo dicant, qui nec Doctoratûs Laureâ, nec primis Notariorum institutionibus sunt insigniti. Cùm autem hoc in grave Justitiæ damnum, & in Reipublicæ vertat detrimentum, necessariò Notarij censentur multiplicandi; ut illi, qui tum in civilibus, tum in criminalibus, super Dominiorum terrestrium populos, judiciis præsunt, dignoscantur quidem tanquàm Provisores boni œconomi: & tanquàm Judices Legum expertes, ac officij capaces.

§. I.

Omnes & quicumque Notarij publici, & à quacumque Instantia Austriacæ Monarchiæ, Regnorum scilicet ac Provinciarum hæreditariarum subjecta, electi, creati ac confirmati, sivè actu, sivè non exerceant officium, coram Commissione sivè Dicasterio delegando, vel coram Commissariis suo tempore deputandis, intrà terminum præfixum N. citati, sub ammissione officij aliisquè pœnis arbitrariis sese insinuare & præsentare teneantur.

§. II.

De literalibus Instrumentis, Patentibus ac Diplomatibus authenticè pariatis, in loco ubi se insinuabunt, plenam fidem faciant & paria apud Commissionem seu Commissarios conserventur.

§. III.

Commissarij per Regna, Provincias, Circulos, Comitatus, Capitaneatus, ac districtus pro hoc munere distributi diligenter inquirant super sequentia puncta, eademquè exactè in Regesto specificent.

I. Nomen & cognomen ac Patriam cujusdam Notarij.
II. Cujus loci sit Notarius vel cujus districtûs.
III. A quali instantia sit creatus, & cui juramentum deposuit.
IV. A qua actu dependeat.
V. A quibus vel à quo fuerit examinatus.
VI. Si summam capitalem pro officio depositaverit.
VII. Cui & quantam.
VIII. Quantum pro taxa persolverit.
IX. Si sit Notarius vitalitius, vel pro tempore.
X. Si sit pro tempore, an ad annum vel biennium, vel triennium, &c.
XI. An intrà tempus possit deponi? A quo & ob quales causas?
XII. An expirato tempore possit confirmari, & pro quanto ulteriori.
XIII. An habeat pro Filio aut Filiis expectantiam? An sit hæreditarius pro familia? Quo titulo acquisiverit?
XIV. Quid habeat in fixo annuo salario, & à quo. Hoc autem sivè sit vitalitius, sivè pro tempore.
XV. Quid verò fixum habeat in accidentiis, sivè emolumentis?
XVI. Si nihil habet in fixo, ut producat vel deponat, quid juxtà leges aut consvetudines Patriæ, percipit pro taxa emolumentorum & laborum suorum? Hoc autem specificè, ut sciatur quantum annuum ipsi resultat de laboribus suis, dato casu quòd acquirat.
XVII. An de publicis Instrumentis, Protocolla propria conservet, vel instantiæ aut dominio resignet?

XVIII. An

XVIII. An judicet & consultum teneat, ut in tali aut tali districtu N. in quo duo vel tres Notarij dantur (pro exemplo) duo vel tres alij adjungantur?

XIX. An velit se exponere & præsentare examini præscribendo?

XX. Tandem si examen cum approbatione subiverit, an ad officij expectantiam pro suis Successoribus, juxtà normam præscribendam concurrere velit?

§. IV.

Commissarij Notariorum perceptas de interrogatorij responsiones, individualiter & specificè ad Commissionem in authentica forma transmittant: cum tali tamen observatione: ne unus Commissarius pro unius districtûs, aut Provinciæ Notariis conscribendis & examinandis, in alterius districtu se immisceat.

§. V.

Commissio sivè Dicasterium delegandum, hiscè perceptis ac revisis ad sequentia puncta resolvenda benignè procedat.

I. Pro numerica specificatione Notariorum, qui actu exercent, in quolibet Regno & Provincia.

II. Super numerum multiplicandum resolvat.

III. In quolibet Regno aut Provincia, numerum Notariorum vitalitiorum, à temporaneis secernat.

IV. Notarios sivè vitalitios sivè pro tempore institutos, & fixa salaria vigore officij habentes, ab aliis, qui de accidentalibus laboribus vivunt secernat.

V. Ut in specificatione numerica cujuslibet Regni aut Provinciæ, adjungatur distinctè quot Notarij possunt creari à Rege vel Archiduce: Quot ab excelso Regimine: quot ab illa vel altera Instantia, & quot actu sunt creati ab ijsdem Instantiis.

VI. Formulam examinis circà capacitatem pro omnibus Notariis actualibus & pro neo-creandis ac instituendis, ad Commissarios suos subalternos delegatos transmittat.

VII. Omnibus Notariis Regnorum & Provinciarum, tempus examinis, approbationis & confirmationis per Principem indulgendæ præscribat?

§. VI.

Formula supradicti examinis arbitrio Commissionis permittitur. Attamen inconsultum non foret de ijsdem Notariis inquirere.

I. An sint personæ fide dignæ?

II. An de crimine falsi fuerint unquàm accusati, suspecti, vel convicti?

III. Eosdem Notarios examinare, an Juribus præsertim municipalibus ex professo studuerint.

IV. An apud aliquod Dicasterium, Juristam, aut Causidicum, vel Cancellariam, aut Secretariam publicam sivè privatam primò se exercuerint, & praxim acquisiverint?

V. Consultissimum foret, ut quilibet Notarius examinandus, super casum ipsi proponendum,unum, aut alterum litterale Instrumentum, ex tempore coram Commissione, vel Commissario conficeret ac formaret, ut ejusdem observaretur conceptus, & stilus Curiæ adverteretur.

VI. Cùm tres sint Classes Notariorum stabiliendorum, ut inferiùs dicetur: scilicet illorum, qui litteralia Instrumenta formando, authenticando, stipulando, & publicando ex industria quotidiana vivunt. Indè illorum, qui fixum tanquàm Notarij Civitatum, dominiorum &c. habent servitium: tertiò illorum, qui ad agentias & sollicitationes volunt habilitari; sic forma examinis unicuique Classi est præscribenda.

 §. VII. Utrius-

§. VII.

Utriusque examinis ſerie abſolutâ Notarij approbati confirmationem à Commiſſione percipere debeant: pro qua novam taxam, ut in Tractatu de Summis præſcribetur, ſubire & exſolvere teneantur. Cæterùm actu exercere non poſſint.

§. VIII.

Huic oneri pariter omnes alij Notarij, qui in Regnis & Provinciis hæreditarijs neo-inſtituentur & creabuntur, pariter erunt ſubjecti: & hoc non obſtante taxa in ſuæ inſtantiæ Cancellaria, perſolvenda.

§. IX.

Dicaſteria & Inſtantiæ, quæ jus habent eligendi & creandi Notarios, ſivè ſvitâ durantè, ſivè pro tempore, in pacifico ſuarum jurisdictionum & privilegiorum maneant poſſeſſione. Attamen in futurum neminem creare aut eligere, ad aut officium exercendum admittere poterunt, niſi illi, qui eligendi & creandi ſunt, primò à Commiſſione declarentur & approbentur Notarij: & per eandem habilitentur, ut ab inſtantiis ſivè ſint Civitates, ſivè Comitatus, ſivè diſtrictus, ſivè Capitula, ſivè Capitaneatus, ſivè Tabulæ Regiæ, poſſint eligi ac creari in ſuos Notarios locales, vitalitios, ac pro tempore. Pro iſta autem Notariatûs declaratione ac approbatione: nec non pro habilitatione ad Notariatûs officium in Civitatibus, Comitatibus, diſtrictibus & ſimilibus inſtantiis exercendum, taxas in Tract: de Summis præſcribendas, toties quoties eligentur, confirmabunbuntur, vel inſtallabuntur, Notarij perſolvent.

§. X.

In omnibus Regnis ac Provinciis hæreditariis Suæ Sacræ Cæſareæ Regiæquè Majeſtatis: & in omnibus eorumdem ac earumdem dominiis terreſtribus (quæcumque ſint) Arcibus, Caſtris, Oppidis, Pagis, Civitatibus, prædiis, Seſſionibus, ac Poſſeſſionibus ſub quocumque titulo Præfecti, vel Proviſoris, vel Capitanei, vel Inſpectoris, vel fundi Scribæ, vel rationum Magiſtri, vel cujuscumque alterius nominis vocitati, nemo in futurum nec publica, aut in judiciis fide digna litteralia Inſtrumenta formare: nec ſubditis, Vaſallis, Mancipiis ſivè Jobagionibus jus civile aut criminale dicere, aut ad executionem quamcumque procedere poterit, niſi primò per Commiſſionem Regius aut reſpectivè Archiducalis, aut Ducalis Notarius ſit declaratus & approbatus. Ex iſtis autem declaratis & approbatis Notariis, Domini terreſtres, ad jus dicendum, quemcumque libuerit, eligere poterunt. In quo caſu & æconomi, & ſubſtituti Judicis officio fungi liberè valebit. Cæterùm circà negotia publica vel æconomica, non verò circa Judicia verſari teneatur.

§. XI.

Per Commiſſionem ſtatuendum cenſetur, ut Notarij per ipſam declarandi & approbandi in duas Claſſes dividantur. Prima ſit illorum Notariorum, qui absquè fixo ſalario, ſed ex quotidianis laborum ſuorum accidentiis vivunt. Secunda ſit illorum, qui ad dominiorum terreſtrium Præfectoratus &c. ut dictum eſt ſuprà: & ad Civitatum, Comitatuum &c. Notariatus, qui fixo fruuntur ſalario vel emolumento, pro tempore, ſuſcipiendos volunt habilitari. Tertia Claſſis ſit illorum, qui ad ſollicitatorum & agentium officium, in cauſis privatis apud Inſtantias & Dicaſteria quæcumque petunt promoveri, ut in ſubſequentibus §§. dicetur. Undè illi ex prima Claſſe, unam taxam pro declaratione ac approbatione Notariatûs duntaxat deponent. Secunda verò, taxam illam ordinariam declarationis ac approbationis: & indè aliam habilitationis perſolvet. Tertia pariter taxam declarationis & approbationis Notariatûs, indè habilitationis ad agen-

agentias & sollicitationes extradabit. Attamen si talis Sollicitator pro uno dumtaxat Dicasterio se determinaverit verbi gratiâ pro Camerali, ex tunc taxa sollicitationis erit ordinaria, si verò pro sollicitationibus apud omnia Dicasteria tum in Aula tum extrà Aulam voluerit habilitari, tunc extraordinariam taxam persolvet, ut inferiùs dicetur. Quapropter primæ Classis Notariis ad dominiorum terrestrium, Civitatum, Comitatuum &c. Notariatus ascendere non licebit, nisi primò per Commissionem habilitentur. A dominiis verò & instantiis, aut à Dominis terrestribus vocati, omnes isti Notarij actus publicos Notariales liberè exercere poterunt, dummodò fixo non fruantur salario vel emolumento: & populo jura non dicant.

§. XII.

Ubi jura municipalia novam Notariorum prohibent creationem ultrà eorumdem numerum præfixum & statutum, nîl innovetur, circà tamen Notarios, qui ex quotidiana vivunt industria Pro Notariis verò dominiorum terrestrium, Civitatum, Capitaneatuum &c. præcedentibus §§. standum esse censetur.

§. XIII.

Numerus Notariorum pro Regnis ac Provinciis, pro Instantiis, Magistratibus ac Dominiis terrestribus semel stabilitus ac determinatus, absq; scitu Commissionis, ejusdemquè Decreto, alterari non possit: nec per quamcumque aliam instantiam immutari.

§. XIV.

Hujus numeri judicium pro quantitate Notariorum cuique Regno aut Provinciæ, aut Civitati assignanda, à Commissione dependet. Cùm enim ibidem ex omnibus Regnis & Provinciis, ac Dicasteriis sedeant Consiliarij, sic eorumdem informationibus respectivè standum esse censetur.

§. XV.

Radix hujus proportionis & informationis adequatæ desumenda est.

I. Ab enumeratione dominiorum terrestrium, quæ sunt in illo Regno vel in illa Provincia. Pro exemplo: Silesia habet centum dominia cum jure gladij & cum judiciaria potestate. Igitur si nemo in dominiis jus potest dicere populo, nisi sit Notarius, centum Notarij requiruntur.

II. A numero Civitatum, Dominiorum & Oppidorum, quæ Dominis terrestribus non subjiciuntur, sed à Principe, vel ejusdem Dicasterio immediatè dependent.

III. A Dicasteriorum judiciariorum præsertim multiplicitate.

IV. A Legibus & consuetudinibus Patriis. In quibusdam enim Regnis & Provinciis, pro hoc vel illo actu publico & juridico, necessariò requiritur Notarius: in aliis verò per alium, qui Notarius non sit, potest suppleri.

§. XVI.

Ad Notariorum numerum multiplicandum, quatenùs cum summis per eosdem depositandis, Regium & Archiducale respiret ærarium, nemo in futurum in quovis Regno aut Provincia, caușas privatas Clientum & præsertim litigantium tum apud Dicasteriaquæcumque in Aula, tum apud alia extrà Aulam;quin imò apud ullam instantiam poterit sollicitare, quin primò à Commissione institutus sit Notarius. Eò minus absquè hac Notariatûs conditione, publica inter partes instrumenta pro transactione aut compositione formare sivè stipulare, liberum erit. Si secus fecerint, nec audiantur apud Instantias, nec tales scripturæ fidem in Judicio habeant.

§. XVII. Hoc

§. XVII.

Hoc pariter intelligendum de sollicitatoribus expeditionum militarium pro Regiminibus, præsidiis & privatis personis quamvis Officialibus majoribus: dummodò Sollicitatores ipsorum domestici non sint, nec ex gremio militiæ, vel tales, quibus vigore officij militaris sibi commissi, sollicitare incumbat, ut sunt **Quartier-Meister &c.** Sermo quippè est de illis sollicitatoribus, qui apud Aulam, vel extrà Aulam in Provinciis, & in Civitatibus hærent, & de sollicitationibus vivunt, vel cum ijsdem proficiunt.

§. XVIII.

Quod de negotiis & expeditionibus rerum militarium, quoad sollicitatores dictum est, hoc utique pro sollicitationibus tum apud Camerales instantias, tum apud quascumque alias præscribitur: scilicet, ut nemo sollicitare possit, nisi Notariatûs officio insignitus.

§. XIX.

Ad Notariatum pro habilitatione sollicitationis obtinendum nîl obest, ut quis in illo Dicasterio aut instantia, apud quas sollicitare intendit, officium quodcumque possideat. Nam Bellici, sivè Cameralis Dicasterij Concipista aut Cancellista, aut quicumque alter liberè Notariatu insigniri poterit, ut ad sollicitationem in proprio Dicasterio habilitetur.

§. XX.

Notariis pro sollicitatione insignitis in uno Dicasterio, etiam apud alia Dicasteria & apud quascumque instantias (dummodò sint capaces) sollicitare licitum erit.

§. XXI.

Qui Notariatu pro sollicitationibus insigniri petit, huic Regno vel huic Provinciæ pro aggregatione se debet determinare, ut ex Regestis, Notariorum numerus pro hoc munere subeundo extrahi possit. Attamen Notarius sollicitator, & determinatus pro uno Dicasteriò, potest agere in aliis prout placuerit: & aggregatus pro Hungaria potest etiam sollicitare in Bohemia, si hoc exegerit sollicitationis necessitas: & in habilitatione ad sollicitatoris officium in omnibus Regnis & Provinciis hæreditariis, ac in quibusvis Dicasteriis exercendum, taxam extraordinariam persolverit, ut in §. XI. superiùs dictum est, & in Tractatu de Summis dicetur. Si verò quis ex Regno in Regnum, & ex una Provincia ad aliam transmigrare & sollicitatoris officium fixè exercere voluerit ex tunc cum Commissionis facultate, & Cancellariæ illius Regni aut Provinciæ, ad quam transmigrari intenditur, licentia, licitum sit.

§. XXII.

Lureâ Doctoratûs per Universitates aut quomodò libet aliàs insigniti, si sollicitare & agere apud quæcumque Dicasteria voluerint, ad Notariatum suscipiendum non obligentur. Attamen personaliter, vel per legitimum Procuratorem coram Commissione sivè Commissario delegato, de Doctoratûs Laurea originaliter aut saltem authenticè plenè constare faciat: & sollicitandi facultatem (solutâ primò taxâ præscriptâ) Decretaliter à Commissione vel Commissario delegato percipiat.

§. XXIII.

Qui cum patentibus litteris Cancellariarum, Universitatum, aut Instantiarum ad sollicitationes & agentias actuales sunt habilitati intrà Regna & Provincias hæreditarias, si Juris Doctores sunt (ut suprà dictum est) ad Notariatum non compellantur. Cæteri verò omnes sint obligati. Omnes tamen tales agentes actuales & sollicitatores, intuitu taxæ apud suam instantiam jam exsolutæ, ad aliam non teneantur, nisi ad illam,

quæ

quæ vel vigore Decretalis facultatis, vel vigore Notariatûs, vel vigore habilitationis ad sollicitandum in aliis Dicasteriis, apud Commissionem exigitur.

§. XXIV.

Nemo ad Notariatum promotus, vel quicumque sit, quomodolibet, pro sollicitationibus & agentiis habilitatus, actu exercere possit, nisi primò vel ex post, ab Instantia & ab Instantiis, apud quam, vel apud quas sollicitatoris aut Agentis officium gerere intendit, admittatur, ibidemque consuetudinariam ac legalem taxam persolvat, si jure persolvenda erit. Hæc autem admissio sollicitatorum & Agentium facienda solummodò intelligitur per illas Instantias, quæ actu jus suum Agentibus constituendis manutenent: non autem per alias, quæ unumquemque ad sollicitandum (nullâ habitâ personarum præscriptione) admiserunt & admittunt.

Exemplum.

Cajus ad Notariatum promotus, ad sollicitandum per omnia Dicasteria habilitatur. Cancellaria Hungarica cum habeat suos Agentes constitutos, illum admittere renuit pro sollicitatione. In tali casu invitâ Cancellariâ, Cajus apud eandem agere non potest. Licitum tamen erit, in aliis Dicasteriis, quæ fixos Agentes non habent. Jus verò habet, ut præstito consensu, agere possit. Attamen Cancellaria, quamvis Cajum respuat, vice illius alium Agentem sibi eligere vel constituere non poterit; quia eumdem ex gremio Notariorum non assumat; nisi sit Juris Doctor Laureatus: & per Commissionem Notariatu insignitus, & ad sollicitandum habilitatus, etiamsi Lauream actu possideat.

§. XXV.

Dictum fuit in Tract: de Classibus: & in §. X. Classis V. quod Notarij Regij & Archiducales tum neo-instituendi expectantiâ personali, vitalitiâ, generationali ac hæreditariâ frui possint. Cùm autem exercitium Notariatûs in tribus præallegatis Classibus, necessariò actu capacem requirat; sic ad personalem dumtaxat, non verò ad alias expectantias reduci posse videtur. Pro quo sciendum est, quòd aliud sit exercere Notariatum: aliud verò sit habere jus ad Notariatum. Exercitium exigit personam capacem. Jus autem stat non solùm apud personam, sed apud familiam, quæ personam capacem pro exercitio substituere potest.

Exemplum.

Sempronius depositat 100. fl. pro expectantia personali Notariatûs. Silvia verò depositat fl. 150. pro expectantia Notariatûs generationalis, vel nomine proprio, vel nomine filij sui Titij adhuc incapacis. In hoc casu Sempronius debet esse capax; quia contrahit pro exercitio officij: & indè hæc est Regula generalis, quòd personales expectantiæ semper actu capacem requirant. Silvia autem cùm sit incapax propter sexum, & cùm Titium filium incapacem habeat, pro jure generationali officij in sua familia stabiliendi contrahit; ità quòd pro actuali exercitio, ipsi liberum sit capacem nominare & coram Commissione præsentare, qui examinatus & approbatus absque Notarialibus litteris, sed tanquàm illius Notariatûs jure generationali, tali familiæ collati substitutus, incapacium vices, exercendo potest semper supplere: & pro tempore, quo substitutus, cum Silvia, vel cum Titio filio, vel ejusdem Tutoribus conveniet. Conventio autem sic debet esse. Juris possessor Notariatûs & incapax exercendi, ad decennium nominat & præsentat in substitutum suum Cajum: cui tamen omnia emolumenta, quæ à Notariatûs exercitio ipsi provenient, annualiter cedit; dummodò Cajus Juris-Professori annuum censum ad fl. 30. exsolvat. Quo tempore exspirato, apud Juris-

E Profes-

Professorem stet, vel innovare contractum, vel alteri prouti libuerit, Notariatûs exercitium usquè ad capacitatis tempus permittere.

Alia desuper ratio est in hoc casu, quod in expectantiam habet personalem decedendo sivè antè, sivè post vacantiam officij, aliud jus non relinquere potest hæredibus & Successoribus suis, nisi summæ depositatæ pro Notariatu personali, quem expectabat; ità quòd talis Notariatus personalis absquè restitutione ejusdem summæ, alteri personæ aut familiæ conferri non possit, si hæredes & Successores concurrere nolunt. At qui expectantiâ fruitur generationali, decedendo non solùm relinquit hæredibus & Successoribus suis jus in summam depositatam, sed etiam in officium, & in exercitium ejusdem. Quapropter datâ incapacitate in primo acquirente, vel in Successore, necessariò concedendus est substitutus, qui suppleat. Jus autem, quod ad generationalem expectantiam pertinere dicitur, vitalitiæ quoquè & hæreditariæ convenire resolvitur.

§. XXVI.

Finaliter resolvendum censetur: ut omnes Austriacæ Monarchiæ Notariatus juxtà tres Classes allegatas in expectantiam personalem, vitalitiam, generationalem ac hæreditariam modo supradicto transire possint.

§. XXVII.

His addendum videtur tertiam Classem Notariorum dispensari posse, ut loco Notariatûs, Agentium sivè Sollicitatorum in Dicasteriis titulum ac officium assumat: dummodò coram Commissione præscribendum subeant examen: juramentum deponant: & summam Notariatui æquivalentem refundant. Plura de Notariis dicenda supersunt, quæ in sequentibus Tractatibus dilucidabuntur.]

TRACTATUS V.

De Summis.

Justitiæ consonum est, ut qui pro dignitatum & officiorum expectantiis, summas debent depositare, præscribendis regulis imbuantur: & de earumdem assecuratione informentur. Quapropter in præsenti Tractatu de summis differetur, ut quisque sciat summam depositandam, pro dignitate & officio sibi placito & beneviso. Indè ut cum usufructuum emolumento, de summæ capitalis, & perennalis fundi securitate certificetur.

§. I.

Quicumque summam pecuniariam depositaverit pro expectantia sivè personali, sivè vitalitia, sivè generationali, sivè hæreditaria, etiamsi actuali possessori præmortuus fuerit, certificatur, quòd talis dignitas aut officium absquè restitutione ejusdem summæ depositatæ, vel majoris si poterit invenire, per Successorem facienda, nulli in perpetuum conferetur.

§. II.

Quoties summa capitalis deposita, ob concurrentium defectum, vel ob quamcumque aliam causam, ejusdem Domino tam citò refundi non poterit, semper annuo usufructu taxato, & per Principem terræ exsoluto fruetur: donec idem Dominus aliter contrahat, vel concurrens adsit pro dignitate & officio.

§. III.

Radix proportionalis summæ depositandæ desumitur ex salariis, ex pensionibus, & ex adjutis fixis. Indè ab utilitatibus, emolumentis & ab accidentiis pariter fixis.

§. IV. In

§. IV.

In expectantiis personalibus, & vitalitiis, pro quibuslibet centenis florenis annuis salarij fixi, pensionis & adjutæ fixæ, mille floreni sunt depositandi, quando salarium, pensio, vel adjuta fixa sexcentos annuos florenos attingit. Excipiuntur tamen officia, quæ à florenis 150. usquè ad 600. perveniunt: pro quibus alia radicalis assignatur proportio, ne minus divites ab officiis arceantur, ut in sequenti §. XII. clarè patebit.

§. V.

In expectantiis generationalibus, mille & ducenti depositandi pro quibuslibet centenis florenis annuis salarij &c.

§. VI.

In expectantiis hæreditariis, mille & quingenti, pro quibuslibet annuis centenis florenis salarij &c. uti dictum est suprà in §. IV.

§. VII.

Exceptio, quæ fit pro quibusdam dignitatibus & officiis personaliter & vitalitiè expectandis, ad easdem etiam se extendit, si sub titulo generationali aut hæreditario contrahentur. Undè in istis casibus exceptis, duæ sunt observandæ proportiones pro radice summæ depositandæ extrahenda. Una est ratione dignitatis aut officij, quod excipitur à Regula generali fl. 1000. pro quibuslibet centenis annuis salarij. Altera est ratione expectantiæ, si erit personalis & vitalitia, aut generationalis, aut hæreditaria.

Exemplum.

Capitaneatus generalis Silesiæ est dignitas excepta ab illa Regula, quæ mille florenos depositandos præscribit pro quibuslibet centenis fixi salarij: quia talis dignitas est taxata (ut inferiùs) ad mille quingentos pro centum annuis. Hæc autem est prima proportio radicalis, si contractus pro dignitate Capitaneatûs sit personalis vel vitalitius. Si verò concurrens voluerit generationaliter vel hæreditariè pro expectantia contrahere, ex tunc secundam radicalem proportionem servare debet; scilicet ut suprà mille quingentos florenos, superaddat ducentos generationaliter contrahendo, ut sint 1700. & pro hæreditario jure quingentos, ut sint 2000. pro centum annuis fixi salarij. Igitur si Capitaneatus in fixo salario annuè habebit 3000. fl. pro expectantia personali & vitalitia, summam exiget fl. 45000. pro generationali fl. 51000. & pro hæreditaria fl. 90000. Hæ autem proportiones cum aliis sequentibus, juxtà meam tenuem opinionem sic præscribuntur, cùm tolerabiles & justæ mihi videntur. Cæterùm altiori judicio & arbitrio easdem resigno.

§. VIII.

Dignitates & officia excepta à Regula generali pro summis depositandis, declarantur esse illæ & illa, quæ in Classis primæ §. I. II. ac III. ejusdem specificantur.

II. Quæ in Classis secundæ §. III. includuntur.

III. Quæ in Classis tertiæ §. II. & III. demptis subalternis. Indè in ejusdem Classis §. IV. V. & VI.

IV. Sic in Classis quintæ §. III. & V. Summa igitur harum dignitatum & officiorum depositanda, proportionibus in præcedenti exemplo adductis & declaratis subjacebit.

§. IX.

In Tract: de Institution bus liquidationis §. V. declaratum fuit, in quo consistat series utilitatum, emolumentorum & accidentiarum fixarum, quæ cuique dignitati ac officio possunt annecti: & in ejusdem tractatûs §. IV. dictum fuerat, quòd pro ijsdem fixis

fixis accidentiis minor summa, quàm pro salariis, à concurrentibus & contrahentibus depositari debeat. Quapropter ab omnium quarumcumque dignitatum ac officiorum in expectantiam sivè personalem, sivè vitalitiam, sivè generationalem, sivè hæreditariam reductorum, accidentiis præscriptis, summa depositanda æqualiter erit quingentorum florenorum pro annuis centum, quæ ab ijsdem fixis accidentiis proveniunt. Si enim hæc ad quingentos fl. ascendunt, ex bis mille & quingenti fl. debent depositari.

§. X.

Ad promovendum meritum Juventutis, quæ Cancellariis publicis ac privatis se exercet, ab istis Regulis generalibus tum salariorum, tum accidentiarum excipiuntur omnia illa officia, quæ cum salariis & accidentiis fixis centum & quinquaginta florenos annuos non excedunt: pro quibus officiis nullæ summæ sunt depositandæ; dummodò hæc officia ad Cancellarias immediatè sint pertinentia.

§. XI.

Hâc exceptione non gaudent illa officia quæ extrà Cancellarias centum & quinquaginta annuos fl. fructificant sivè in salariis, sivè in accidentiis fixis, uti sunt Telloniatores &c. Nam in tali casu summa depositanda taxatur ad ducentos fl. pro quibuslibet centenis annuis.

§. XII.

Ad confusiones pro depositatione summarum evitandas, sequens adducitur Tabula.

Salarium Officij,	*Quantum pro centum,*	*Summa depositanda.*
fl. - - 150.	- - 200. p. C.	- - fl. - - 300.
fl. - - 200.	- - 250. p. C.	- - fl. - - 500.
fl. - - 250.	- - 300. p. C.	- - fl. - - 700.
fl. - - 300.	- - 400. p. C.	- - fl. - - 1200.
fl. - - 350.	- - 500. p. C.	- - fl. - - 1750.
fl. - - 400.	- - 600. p. C.	- - fl. - - 2400.
fl. - - 450.	- - 700. p. C.	- - fl. - - 3150.
fl. - - 500.	- - 800. p. C.	- - fl. - - 4000.
fl. - - 550.	- - 900. p. C.	- - fl. - - 4950.
fl. - - 600.	- - 1000. p. C.	- - fl. - - 6000.

Indè procedendum est juxtà regulas superiùs datas, tum de dignitatibus exceptis: tum de contractu personali ac vitalitio, tum de generationali ac hœreditario: tum de accidentiis fixis, de quibus proportionaliter ad summam capitalem media pars semper depositatur. Undè hoc adducitur.

Exemplum I.

Salarium. - -	fl. 150.	Depositum. - -	fl. 300.
Accidentiæ. - -	fl. 150.	Depositum. - -	fl. 150.

Exemplum II.

Salarium. - -	fl. 400.	Depositum. - -	fl. 2400.
Accidentiæ. - -	fl. 200.	Depositum. - -	fl. 600.

Exemplum III.

Salarium. - -	fl. 600.	Depositum. - -	fl. 6000.
Accidentium. - -	fl. 300.	Depositum. - -	fl. 1500.

Circà

Circà fixas accidentias, & summas pro ijsdem depositandas advertendum est, quòd nunquàm excedant quingentos florenos pro quibuslibet centenis annuis, quamvis summa capitalis pro salariis depositanda mille florenos excedat, & ad 1200. ascendat. Undè si expectantia hæreditariè collecta pro quibuslibet centum florenis salariis exigit fl. 1500. in deposito. Accidentiæ illius officij nunquam exigunt nisi 500. fl. depositandos pro quibuslibet centum perceptis de ijsdem fixis accidentiis. Ratio est, quia summa capitalis salariorum debet modificari cum summa capitali accidentiarum.

§. XIII.

A Regula generali Tabulæ superiùs adductæ, in qua summæ præscribuntur depositandæ, excipiuntur omnes illæ dignitates & officia, quæ quamvis tenui fruantur salario, magno tamen gaudent honore & emolumento. Undè Consiliariatus omnes, Directoratus, Expeditoratus, Taxatoratus, Secretariatus, consimilesquè dignitates honorem secum ferentes, gradum ad ulteriorem promotionem aperientes, præsertim in Dicasteriis & in Cancellariis etiamsi trecentos dumtaxat habeant florenos in salario, mille semper pro quibuslibet centenis depositare tenentur. Qui verò minus, quàm trecentos habet ratione salarij, non verò pro titulo honoris, ut inferiùs dicetur, Tabulæ stet superiori. Exceptio enim superiùs facta à summa fl. 150. usquè ad summam fl. 550. in qua non exiguntur mille floreni pro centum, est dumtaxat pro officiis potiùs servilibus subalternis, quàm pro honorificis, primariis & graduatis.

§. XIV.

Eò minus hac exceptione gaudent omnes illæ dignitates Iudiciariæ, quæ in Tract: de Classibus §. III. IV.& subsequentibus usquè ad finem sunt recensitæ.

§. XV.

Cùm sæpè contingat titulos honorarios conferri Militares præsertim, Camerales, ac Judiciarios absquè salario vel accidentiis: & cùm de ijsdem titulis in Cancellariis, ac Instantiis propriis taxa consveta exigatur, ut in Tract: IV. §. II. Institutionibus reductionis, in exemplo dictum est; justum censetur, ut Princeps terræ, absquè Cancellariarum detrimento & concurrentis gravamine, aliquod emolumentum percipiat. Quapropter declaratur, quòd isti tituli honorarij, ut sunt Consiliariatûs Bellici, Cameralis, vel Regiminis, Capitanei, Vigiliarum Præfecti extrà castrensia Regimina & Præsidia, in expectantiam transire possunt, dummodò summa præscripta depositetur. Expectantia autem hæc non erit sicut alia pro dignitate vel officio reali & actuali, quòd possidentis mortem, vel resignationem aut cessionem debeat expectare; sed concurrens pro hoc titulo honorario, immediatè contrahet, eodem decorabitur & fruetur usquè ad mortem. Undè radix proportionalis harum summarum depositandarum pro titulis & gradibus honorariis, desumitur à salariis, quibus tales dignitates honorariæ fruerentur, si actu essent reales: & indè à specie contractûs initi. Duplex verò est species contractûs. Una cum qua depositatur summa pro titulo honorario, absquè ullo usufructu & absquè ulla spe refusionis: & hæc summa est 200. fl. ad proportionem quorumlibet centenorum fl. salarij annui; idest duas exigit annatas depositandas. Si enim Consiliariatus honorarius in statu actuali haberet 1500. fl. 3000. fl. pro titulo debent deponi. Iste autem contractus in favorem hæredis, aut Successoris, aut Legatarij reiterari non potest; nisi iterùm æqualis 3000. fl. summa, absquè usufructu & refusionis spe depositetur. Altera species contractûs est, quandò quis de summa depositanda, usufructum annuum à Principe ad quinque per centum percipere vult, quamdiù tali titulo fruitur: & prouti libuerit, cum facultate & præemptione reiterandi contractum pro hærede sive Successore,

 sivè

sivè Legatario suo, solutis solvendis. Undè in hoc casu pro quibuslibet centenis florenis annui salarij, ac si titulus esset in esse reali, mille floreni debent depositari. Si enim Consiliariatus habet in salario fixo fl. 1500. ex tunc fl. 15000. deponuntur, sed cum usufructu. Hoc tamen huic contractui perpetuum inditum & concessum est privilegium, jus scilicet præemptionis pro reiteratione in favorem hæredum, successorum & Legatariorum utriusque sexûs, etiam cum hæreditaria expectantia: dummodò exsolvatur illud quantum determinandum in Tract: de Juribus contrahentium, & in Tract: de Observationibus contractuum, in quibus etiam de jure vendendi erit sermo.

§. XVI.

Tituli præfati honorarij taliter concedi possunt, quòd Regnorum ac Provinciarum Cancellarias, earumdemquè jurisdictiones in conferendis titulis, gradibus & honoribus Comitum, Baronum, Equitum ac Nobilium nullatenùs lædant.

§. XVII.

Ne Cancellariæ, quæcumque sint, in titulorum honorariorum expectantiis per Commissionem contrahendis aggraventur, vigore hujus §. declaratur, neminem pro ijsdem posse contrahere, nisi primò cum sua instantia convenerit: & ad Commissionem testimoniales attulerit. Quibus examinatis, Commissio ad contractum procedat.

§. XVIII.

Cùm Notariorum officia juxta tres Classes assignatas in §. XI. de Institutionibus Notariorum, fixa salaria non habeant, nec fixas accidentias, sic summæ per eosdem depositandæ potiùs arbitrariè, quàm proportionaliter ad alia officia præscribendæ videntur. Undè

Prima Classis, si personaliter contrahit, ad 200. fl. taxatur. Si vitalitiè ad 300. si generationaliter ad 600. & si hæreditariè ad 1000. florenos.

Secunda Classis pro personali contractu ad fl. 300. pro vitalitio 450. pro generationali ad 900. & pro hæreditario ad 1500. fl.

Tertia Classis, quæ Sollicitatorum est, pro personali contractu, cum plena facultate agendi in omnibus Dicasteriis Regnorum & Provinciarum ad fl. 400. pro vitalitio ad fl. 600. pro generationali ad 1200. & pro hæreditario ad fl. 2000. taxatur. Qui verò pro uno solo Dicasterio petit habilitari, ex tunc taxam primæ Classis exsolvat. Si verò iterùm in altero Dicasterio agere vult, super præfatam summam semper 50. fl. superaddat. Et si iterùm in tertio, iterùm 50. fl. & si in quarto, iterùm 50. radicali proportione, juxtà naturam contractûs semper servatâ.

§. XIX.

Prouti dictum fuit in Tract: de Diplomatibus §. IV. & V. & in Tract: de Institutionibus Liquidationis §. XI. & XX. summæ depositatæ, & super salariorum ac usufructuum fundos erunt assecuratæ.

§. XX.

A die depositatæ & numeratæ pecuniæ cum stipulatione contractûs coram Commissione, concurrens & contrahens pro expectantia, usquè ad diem, quâ installabitur in dignitatem & officium, semper de summa depositata, ex fundo usufructuum proportionaliter quolibet elapso trimestri, quinque per centum annuè percipiet.

§. XXI.

Installato contrahente in dignitatem vel officium, eadem die cessant usufructus summæ depositatæ: & integro fruitur salario, ac pertinentibus accidentiis quamdiù vivit.

§. XXII. Per-

§. XXII.

Personaliter contrahens, si antè officij vacantiam occumbit, summam capitalem depositatam, per se, vel per suos hæredes Legatarios aut Successores repetere non potest, nisi post mortem, aut resignationem actu possidentis officium: & ejusdem officij collationem alteri factam, à quo hæredes, Legatarij, & Successores eandem summam repetendi jus habent, antequàm installetur. Interim præfati hæredes &c. annuo usufructu ad quinque per centum fruentur, donec illis summa refundatur depositata. Quòd si Principi gratis dignitatem aut officium conferre placuerit, ex tunc ijsdem hæredibus &c. summam tenetur refundere.

§. XXIII.

Vitalitiè contrahens, si actuali officij Possessori præmortuus fuerit, tum de officio, tum de usufructibus jus habet disponendi. Hæres autem, Successor, aut Legatarius in jus defuncti primi acquirentis subintrat: idest ut usufructu annuo præscripto gaudeat, donec officij Possessor occumbat. Quo possessore è vivis sublato, si hæres, Legatarius aut Successor testamentariè nominatus; aut jure succedens, officij est capax, à die installationis integro paterno salario fruetur: de usufructu verò annuo nil ultrò percipit. Si verò incapax est, vel ob sexum vel ob ætatis defectum, uti fusiùs dicetur in Tract: de Juribus concurrentium, nec integro salario, nec usufructu gaudeat; sed ex fundo salariorum usquè ad ætatem capacem, & installationem in officium, ad proportionem summæ per primum acquirentem depositatæ, annuè sex habeat per centum.

§. XXIV.

Generationaliter & hæreditariè contrahentes ijsdem Legibus & Regulis contractûs vitalitij obligantur: & ejusdem privilegiis fruuntur.

§. XXV.

Si Successor & primus acquirens, qui vitalitiè, vel generationaliter, vel hæreditariè contraxit, ambo occubuerint antè officij vacantiam, tunc proximiori hæredi prout Patriæ sunt Leges, summæ depositatæ & usufructuum jus competat. Nam summa perennaliter ad familiam, officium verò pertinet ad personam. Ideò cùm vitalitiè contrahentes in personis deficiant, nullum jus ultrò in officium habent. Hoc jus tamen conservant, qui generationaliter contrahunt usquè ad ultimum quartæ generationis post primum acquirentem: & illi, qui hæreditariè usquè ad ultimum lineæ.

§. XXVI.

Sub quovis titulo contrahentes eorundemquè hæredes ac Successores, summas capitales depositatas à Principe repetendi nullum jus habeant; nisi Princeps alteri officium contulerit, vel suppresserit: vel si datâ officij vacantiâ, ad installationem & exercitium non admittantur, vel tandem si de ijsdem capitalibus summis, antè vacantiam officij, sivè durante incapacitatis tempore annuos non perceperit usufructus.

§. XXVII.

Summæ depositatæ pro tribus Classibus Notariatuum, nullo usufructu fruuntur. Attamen in fundum transeunt perennalem, uti cæteræ summæ. Ratio est, quòd collato Notariatu, immediatè potest exerceri officium, & utilitas annua desumi.

TRA-

TRACTATUS VI.

De Juribus Concurrentium & Contrahentium.

§. I.

Animum ad dignitatum & officiorum expectantiam habentes, merita quocumque titulo sibi parta, virtutem, doctrinam, capacitatem & officia jam præstita, cum authenticis testimonialibus litteris Cancellariarum & Instantiarum, à quibus prætensæ dignitates dependent, coram Commissione producere teneantur. Renuentibus verò Cancellariis & Instantiis, justa & legitima testimonia extradere, ex tunc vel cum Regio & Archiducali rescripto habilitati concurrere possint, velcum attestationibus authenticis ac Juridicis per tres publicas ac fide dignas personas, de qualitatibus attestantes, muniti coram eadem Commissione, pro concursu se insinuent.

§. II.

Conditiones capacitatis & incapacitatis: habilitatis vel inhabilitatis, tum ob ætatem, doctrinam ac praxim, pro concurrentibus requisitæ, examini & præscriptioni Commissionis, nunc pro tunc, & pro tempore, juxtà dignitatum & officiorum qualitates, committendæ censentur.

§. III.

Nemo ad concursum admitti potest, nisi qui in uno Regno aut Provincia promoveri petit, sit ex illo gradu, ordine, & statu, à quo vigore jurium municipalium, pro dignitate aut officio prætenso concurrere habilitatur. Absurdum quippè foret, ut Opifex Consiliariatum, & simplex Nobilis cum profusione pecuniæ, supremum affectaret Capitaneatum.

§. IV.

Personæ juxtà jura & pactata à dignitatibus & officiis exclusæ in uno Regno aut Provincia, concurrere non possint pro expectantiis ejusdem, nisi per Regium aut Archiducale habilitentur rescriptum: aut Statuum & Ordinum illius Regni sive Provinciæ interveniat consensus, coram Commissione in forma authentica producendus.

§. V.

Concursus contrà Jura, statuta, ac privilegia Cancellariarum, pro Regnis & Provinciis constitutarum: & Dicasteriorum quorumcumque non admittatur.

§. VI.

Austriacæ Monarchiæ Vasalli & Subditi, in concursu præferantur exteris illis, qui sub eadem à decennio, vel alio termino præscribendo, incolatum non habent: cæterisquè, qui publicum non exercuerunt commercium, & nunquam dignitates aut officia habuerunt. Exteri verò, qui jam sub eadem Monarchia dignitatibus & officiis donati & insigniti fuerunt, pares in concursu, cum Vasallis & Subditis æstimentur.

§. VII.

Cujuslibet Regni aut Provinciæ Lex municipalis, quæ omnes & quoscumque exteros, illos scilicet, qui extrà Austriacam Monarchiam sunt nati, arcet à bonorum emptione & possessione, ijsdem exteris dignitatum & officiorum pariter inhibet concursum; nisi Principis, vel Statuum & Ordinum consensus accedat: & hoc præsertim in dignitatibus ac officiis Politicis & Provincialibus.

§. VIII.

Exterus ad expectantias admissus, nomine exteri Successoris, hæredis, aut Legatarij, quamvis actu capacis, contrahere non possit; ut post ipsius mortem in dignitatem

tatem vel officium succedat, nisi in vivis eumdem Successorem, hæredem aut Legatarium coram Commissione præsentaverit. De summa verò capitali cum omnibus contrahere valeat.

§. IX.

Ad majorem superioris §. IV. explicationem declaratur, quòd indigena unius Regni aut Provinciæ, ad dignitates & officia alterius, absquè novo indigenatu ejusdem concurrere non possit, nisi à Principe dispensetur & habilitetur.

§. X.

A Sacro-Sancta Catholica & Romano-Apostolica Ecclesia ac Orthodoxa Fide alieni quiquè alterius sectæ sunt vel Religionis, tum à concursu, tum à contractu, tum à successione, tum ab hæreditate, tum à Legato, tum à cessione, tum à donatione, tum ab emptione ac venditione, tum à concambio dignitatis & officij penitùs excluduntur, nisi specialis Suæ S. C. R. Majestatis gratia intervenerit. In casibus verò, in quibus jura municipalia, pactata, pacificata, & concordata Regnorum ac Provinciarum hæreditariarum, absquè discrimine Religionis, personas ad dignitates & officia admittunt, tunc ijsdem juribus &c. absquè ulla alteratione standum esse videtur.

§. XI.

Familiis & Personis actu possidentibus dignitates & officia in expectantiam reducta, datur jus præemptionis pro contractu vitalitio, generationali ac hæreditario (prout cuique dignitati convenire potest) si concurrere voluerint.

§. XII.

Antequàm ad jura privati concursûs procedatur, tria hìc adducuntur principaliora capacitatis objecta, scilicet ætas, sexus, & tertiò doctrina. Ideò ætatis incapacitatem, in dignitatibus & officiis, à quibus populorum regimen, sivè administratio Justitiæ, vel securitas Patriæ dependet, supplebunt illi, quos Princeps arbitrariè voluerit substituere. Cùm autem incapax per ætatem, ut in prædicto Tractatu dictum est, non gaudeat nisi sex per centum de salario paterno, usquè ad tempus capacitatis & installationis; sic illi, qui pro supplemento erunt à Principe substituti, residuâ parte salarij, & accidentiarum, quibus incapax frui non potest (durante tempore supplementi) gaudebunt. Si verò nulla supplendi necessitas aderit, ex tunc residua pars salariorum & accidentiarum ad publicum ærarium, usquè ad capacitatis ætatem deveniet.

His adjungitur consultius fore, ut pro supplemento incapacium, substituerentur illi, qui titulo honorario talis dignitatis, in quo supplent, actu fruuntur. Ad hoc enim tituli honorarij instituti sunt. Sic præstaret, ut Consiliarius titularis pro reali Consiliariatu ad tempus suppleret, & ex hoc motivo præsertim, quòd Consiliarius titularis semper debeat esse actu capax, si supplere prætendit. Sic de reliquis.

§. XIII.

Pro officiis subalternis servilibus potius, quàm honorificis inconsultum non esset jus præsentandi capacem, concedere illis, qui nomine incapacis, expectantiam contraxerunt, vel testamentariè pro incapaci ob ætatem disposuerunt, dummodò præsentatus conditiones capacitatis præscriptas haberet. Potest enim contingere, ut pupillus incapax consangvineum, aut affinem, aut tutorem habeat capacem. In quo casu officium supplens (detractis sex per centum annuis de summa depositata pro pupillo, vel incapaci) residuâ salarij & accidentiarum parte fruetur, quamdiù supplebit; nisi aliter inter se partes conveniant.

§. XIV.

Cùm expectantiæ vitalitiæ, generationales, & hæreditariæ utrumque sexum concernant, ut sæpè dictum est: & non solùm quoad summam depositatam, verùm quoad jus in dignitatem & officium; sic si hæreditas, vel testamentaria dispositio summæ, & juris, in lineam fœmineam caderet præfatis regulis §. XII. & XIII. non secùs ac de incapacibus per ætatem standum esse videtur; donec fæmina capacem ducat.

§. XV.

Incapax per ætatem, si ad adultam devenerit, & incapax in doctrina ac praxi, per Commissionem declaratus fuerit, jus habeat per annum substituendi capacem, qui suppleat: quo elapso iterùm coram Commissione pro examine se præsentare teneatur. Si fuerit approbatus, installatur, si verò reprobatus, in arbitrio Principis sit alteri ejusdem lineæ sivè masculo sivè fœminæ, jus dignitatis & officij conferre, quem noverit capaciorem per se vel per alium nubendo. Quòd si linea, quæ habuit jus in dignitatem aut officium deficeret: vel ex actu viventibus nemo esset capax, ex tunc ad alteram lineam transeat proximiorem cum utriusque sexûs habilitatione ad successionem & hæreditatem juris dumtaxat in dignitatem. Persona autem, quæ à Principis arbitrio jus sivè vitalitium, sivè generationale, sivè hæreditarium, in dignitatem acquirit, summam capitalem alteri, qui jure dignitatis privatur, refundere teneatur. Quod si media deficerent, quinque per centum de suo salario & accidentiis eidem persolvat, donec totam summam depositet: vel in prima persona aut linea jure suo privata, capax dignitatem & officium exercendi succedat. Interim persona, aut linea novo jure investita, jus dignitatis alienare non potetit, nisi summam capitalem depositet.

§. XVI.

Adulto incapaci, si nullus propriæ, vel alterius lineæ, consangvinitate aut affinitate etiam in remotiori gradu erit conjunctus, jus suum alteri vendere liceat. Quod si noluerit, in arbitrio Principis sit, alteri expectantiam conferre, prævià tamen summæ capitalis depositatione, & refusione reali.

§. XVII.

Incapacem adultum, etiam in secundo examine reprobatum, gratia Principis dispensare potest, ut per tertium officij muneri pro præscripto tempore satisfaciat. Interim supplens detractis quinque per centum annuis pro summa capitali, residua salarij & accidentiarum parte de jure fruetur. Nec mirum videatur, si adulto incapaci quinque per centum solummodò pro summa capitali assignantur: & incapaci per ætatem aut sexum, sex annui pro usufructu determinantur. Nam minorennis præsumitur futurus capax per se, & fæmina per alium, capaci nubendo. Adultus autem jam judicatus est incapax officij, ideò cum solo usufructu præscripto debet esse contentus; cùm nulla in ipso detur capacitatis futuræ præsumptio.

§. XVIII.

Examen secundarium adulti incapacis, ex gratia Principis ad quinquennium & ultrò juxtà placitum potest prorogari, donec per ulteriorem praxim capax reddatur.

§. XIX.

Non annuente Principe, ut tertius suppleat pro adulto incapaci: & consultius judicante, ut dignitatis aut officij exercitium suspendatur, donec eidem adulto incapaci capax ex propria familia succedat, tunc incapax adultus de summa capitali, quinque dumtaxat per centum ex fundo usufructuum annuè percipiet.

§. XX. Non

§. XX.

Non concurrentibus actualibus possessoribus, ad expectantias illarum dignitatum ac officiorum, quas & quæ actu exercent, pro prolibus aut familiis suis, pro concursu jus præemptionis habeant Seniores, qui sunt in actuali Suæ S. C. Regiæque Majestatis servitio: & illi, ad quos juxtà ordinem praxim aut consvetudinem Instantiarum, jus pertinere præsumitur promotionis, ut dicitur Rang; dummodò summas offerant depositandas.

§. XXI.

Si tales Seniores mediis erunt destituti: & evidentibus propriis meritis pleni, ex tunc ad concursum pro personali dumtaxat expectantia illius dignitatis aut officij prætensi, cum oblatione dimidiæ summæ taxatæ depositandæ admitti debere videntur. Quòd si hæc dimidia summa deficeret, ex tunc cum expectantiis Principi reservatis, ut in Tract: de Notandis §. III. dictum est, justum est, ut gratificentur.

§. XXII.

Advertendum, quòd Seniores in servitio, & in pecunia deficientes, si de propriis & evidentibus meritis constare fecerint, cum medietate summæ taxatæ ad concursum personalis expectantiæ dumtaxat admittuntur: Hoc tamen est, quandò non datur concurrens, qui vitalitiè, aut generationaliter aut hæreditariè contrahere velit. Nam in tali casu Senior prætendens concurrere non potest, quia aliud jus præemptionis non habet, nisi inter concurrentes pro personali expectantia. Promoveri tamen potest ex gratia Principis ad illas dignitates reservatas, ut dictum est in §. antecedenti.

§. XXIII.

Lex universalis præscribitur, ut pro personali expectantia concurrentes debeant esse actu, vel brevi futuri capaces. Hæc autem brevitas absquè gratia Principis, ultrà annum se non extendat, sive sit pro ætate, sive pro sexu, sive pro doctrina aut praxi.

§. XXIV.

Actu capaces requiruntur illi, qui titulis honorariis decorari prætendunt: & præsertim si ad supplementum pro incapacibus per ætatem admitti volunt.

§. XXV.

In expectantiis vitalitiis, generationalibus & hæreditariis, primus acquirens declaratur ille, qui cum Commissione, proprio nomine contrahit.

§. XXVI.

Primus acquirens, sive vitalitiè, sive generationaliter, sive hæreditariè contrahat, vel debet esse actu capax, vel coram Commissione præsentare immediatum Successorem, aut hæredem, aut Legatarium actu capacem, qui exerceat, vel nomine proprio, vel nomine ejusdem primi acquirentis intrà annum à die contractûs, nisi Princeps terræ aliter dispenset pro incapacibus per ætatem: & actu capacem pro tempore, ac pro supplemento substitui permittat.

§. XXVII.

Concurrentes sub ijsdem titulis vitalitiis, generationalibus, ac hæreditariis, si per sexum sunt incapaces, ex tunc maritum actu, vel infrà annum capacem debent præsentare, vel Successorem aut hæredem, aut Legatarium actu capacem, ut in §. præcedenti dictum est: nisi Princeps aliter dispensaverit.

§. XXVIII.

Præcedentibus regulis observatis, Parentes pro utriusque sexûs prolibus: Frater ac Soror major natu, pro Fratribus ac Sororibus minoribus: Affinis pro Affine: Consanguineus pro Consanguineo: Patruelis pro Patruele: & Tutor aut Tutrix pro Pupillis concurrere possunt.

§. XXIX.

Capax pro capaci concurrens, cæteris concurrentibus præferatur: illis scilicet qui in actuali dignitate & officio non existentes concurrunt. Si verò in actuali officio quis existens pro capaci concurrit, ex tunc hoc jus cesset præemptionis: & actu exercens præferatur, dummodò capacem, non verò incapacem præsentet Successorem &c.

§. XXX.

In concursu semper denominetur Familia, Linea, & Persona, pro qua concurrens contrahere intendit; cæterùm non admittatur. Si verò fraus & dolus intervenerint, ipso facto nullus ac irritus sit contractus: & contrahens cum amissione dignitatis, officij, summæ depositatæ mulctetur: ac cum aliis pœnis Principi arbitrariis puniatur.

§. XXXI.

Expectantiam habentes quamcumque, vivente actuali possessore, in minimo quovis dignitatis aut officij exercitio sese immiscere non possint. Persona contrahens à die stipulati contractûs usquè ad diem installationis effectivæ, & donec in expectatam dignitatem aut officium subintret, titulo honorario & suæ expectantiæ competenti fruatur. Ejusdem autem Personæ familia in tali statu & conditione æstimetur; ac si persona expectans in actuali foret exercitio.

§. XXXII.

Quamdiù jus dignitatis vel officij in una Persona aut Familia stat, tamdiù ejusdem jus permanet pro titulo.

§. XXXIII.

Primus vel prima acquirens in favorem uxoris vel mariti, suorumquè quorumlibet hæredum & Successorum, utriusque sexûs, de summa capitali expectantiæ depositata, æquè ac de mobilibus ac immobilibus bonis, liberè testari & disponere possint: dummodò testamentaria dispositio, cujuslibet Regni aut Provinciæ juribus municipalibus semper inhæreat:& familiam jure successionis in summam capitalem, & in expectantiam non privet: & eamdem summam capitalem à jure expectantiæ non separet. In casu enim, quòd plures essent cohæredes, qui portionem suam supra summam capitalem percipere deberent: ex tunc in officium aut in expectantiam succedens, cohæredibus portiones exsolvere teneatur. Si verò nulli dentur cohæredes, qui jure succedant, à jure expectantiæ summa depositata nunquam possit separari, nec alteri testari aut legari, quàm hæredi.

§. XXXIV.

Testamentariè disponens de expectantia vitalitia, generationali aut hæreditaria pro Successore post ipsius mortem, præscriptis regulis, juribus, ac conditionibus capacitatis & incapacitatis stare teneatur: cæterùm nullum sit testamentum. Ideò dato casu duorum hæredum aut Successorum, jure succedentium, aut institutorum, quorum unus sit capax & alter incapax per ætatem,in favorem capacis testator testari tenetur: nisi Princeps aliter dispensaverit.

§. XXXV.

Privilegium liberè disponendi primis acquirentibus suprà concessum, ad eorumdem Successores ac hæredes quoscumque(servatis servandis) se extendit.

§. XXXVI.

Omnes utriusque sexûs primi acquirentes expectantias vitalitias, generationales, ac hæreditarias: eorumquè Successores & hæredes, de summis depositatis Legatarios instituere non possunt, nisi termino contractûs cum Commissione exspirato: idest durantibus

rantibus illis generationibus, pro quibus fuit conventum, legare non licet; ne summa ad jus expectantiæ pertinens dividatur & separetur.

§. XXXVII.

Jus expectantiæ nemo testari, vel disponere, vel legare potest, nisi super illas personas, quæ ratione sui status, conditionis, aut professionis, dignitates ac officia hæreditandi ac per se exercendi sunt habiles & capaces.

§. XXXVIII.

Dotes & contradotes : Bona Paraphernalia, acquisita & castrensia : portiones Aviticæ paternæ ac maternæ, & quæcumque aliæ, super summas pro expectantiis depositatas, non secus ac super bona immobilia liberè possunt recognosci, & pro tempore vel perennaliter assecurari.

§. XXXIX.

Liberum cuique sit summam capitalem depositatam, unà cum dignitatis aut officij expectantia, alteri vendere, concambiare, cedere & gratis donare prouti libuerit, dummodò succedens cum Commissionis consensu admittatur: & præscriptis regulis servatis, capacitatis possideat qualitates.

§. XL.

Personaliter contrahentes de summis depositatis, uti suprà dictum est, testari, disponere & legare possunt.

§. XLI.

Vendentes, concambiantes, cedentes & gratis donantes expectantias, non possint illas vendere, concambiare, cedere & gratis donare, nisi sub illo titulo, quo ipsi possident: & pro termino, pro quo cum Commissione contraxerunt. De summis verò capitalibus, uti sæpè dictum est, juxtà regulas præscriptas disponere valeant.

§. XLII.

Personalem, Vitalitiam, Generationalem, vel Hæreditariam habentes expectantiam cum formali contractu stipulatam, circà omnes dignitates & officia, pro quibus vacantiam expectant, cum actualibus possessoribus earumdem & eorumdem liberè possint convenire & contrahere, ut in actuale exercitium subintrent; si ijsdem possessoribus ab exercitio se abdicare libuerit: & subintrantes in officium, sint actu exercendi capaces. His additis, ut à Sua S. C. R. Majestate, una pars resignandi, altera verò subintrandi, per Commissionem, Licentiam in scriptis obtineat.

§. XLIII.

Constans regula est, ne capax actu exercens incapaci sub quocumque titulo possit resignare absquè Principis consensu, & supplemento alterius.

§ XLIV.

In expectantiis vitalitiis & generationalibus, si semel exspiraverit terminus primæ generationis in una: & quartæ generationis in altera post primum acquirentem, ultimus, in quo jus extinguitur expectantiæ, iterùm cum Commissione contrahere possit, & hoc non solùm sub titulo eodem, uti primò possedit, sed sub alio prouti placuerit: nec ab aliis concurrentibus arceri possit, stante jure præemptionis, ab actuali possessu concesso; nisi præscriptæ desint conditiones.

§. XLV.

Qui semel pro personali expectantia contraxit: & in actuale exercitium subintravit, possit vitalitiè, generationaliter, & etiam hæreditariè contrahere, dummodò dignitas aut officium, contractum vitalitium, vel generationalem vel hæreditarium admit-

tat. Si verò talis generis sit officium, quòd personalem exigat contractum, ex tunc possidens jus præemptionis habeat pro uno aut una ex sua familia aut stipite, dummodò in omnibus sit capax.

§. XLVI.

Ultimus, sivè ultima illius lineæ, quæ hæreditariè contraxit, in defectu caducitatis & feminis, jus præemptionis & contrahendi habeat in favorem alterius lineæ proximioris sivè remotioris prouti libuerit. Si verò hæreditariè contrahere de novo noluerit, liceat personaliter, vitalitiè aut generationaliter. Hoc addito, quòd si hæreditariè iterùm contrahere voluerit, novum Principis consensum impetrare tenetur, cujus vigore emanet compromissum, quòd durante tali lineâ, quæ de novo contrahit, dignitas aut officium, pro quo contrahitur, nunquàm supprimetur.

§. XLVII.

Si antè exspiratum terminum initi contractûs pro vitalitiis & generationalibus expectantiis, prima vel secunda, vel tertia generatio deficeret, tunc possidenti liceat alterum jure suo investire, pro tot generationibus tamen, quibus ipsi frui liceret.

§. XLVIII.

Primus acquirens & hæreditariè contrahens, si in propria linea, utriusque sexûs successione privabitur ad aliam ejusdem stipitis lineam Consangvineam absquè novo Principis consensu expectantiam transferre possit. Consangvineâ verò lineâ non existente, ad affinitatis lineam privilegium se extendat. Hoc etiam intelligendum est, si successio in prima generatione post primum acquirentem deficeret. Si verò in secunda, tertia & quarta generatione talis successionis defectus contingeret, ex tunc ultimus vel ultima illius lineæ, in favorem alterius lineæ ultrà quintam generationem inclusivè post primum acquirentem, pro jure expectantiæ disponere non possit. Hâc verò quintâ generatione exspiratâ, novus Principis habeatur consensus, ut hæreditariè in hac secunda linea stabiliatur.

§. XLIX.

Spontè sub quovis titulo à jure expectantiæ, pro qua contraxerunt se abdicantes, nullo gradu & titulo indè fruantur, qui dignitati, aut officio resignato competere potuisset, nisi à Principe habilitentur. Si verò in actuali possessu & exercitio dignitatis & officij per biennium saltem fuerunt, tunc etiamsi se abdicaverint, titulis & gradibus, quibus primò fruebantur, liceat omnibus uti.

§. L.

Regulæ generales, & jura concurrentium ac contrahentium, concurrentes etiam pro Notariatibus obligant; & præsertim si personaliter contrahant cum jure exercendi. Qui verò per substitutos exercere volunt, à regulis & juribus excipiuntur, quæ capacitatem actu requirunt. Præscriptas tamen capacitatis conditiones, substituti habere tenentur. Pro quo notandum, quòd omnia Dicasteria, districtus, Comitatus, Civitates, Magistratus, Instantiæ & Dominia terrestria quæcumque pro Notariatibus sibi competentibus, & pro, jure substituendi capacem, concurrere possunt, & quidem cum jure præemption s.

§. LI.

In casu læsæ Majestatis, Notæ infidelitatis, aut alterius cujuscumque criminalis delicti, pœnam capitalem aut personalem, vel bonorum jacturam, vel mulctam pecuniariam jure p omerentis, tum summæ capitales depositatæ, tum jus in expectantias, tum dignitates actu possessæ, tum officia actu exercita, & sub quovis titulo contracta, sivè acquisita, sequestro,

con-

confiscationi, ac jacturæ, non secùs ac cætera bona mobilia & immobilia subjaceant, juxtà cujuslibet Regni aut Provinciæ hæreditariæ jura municipalia, statuta, ac approbatas consvetudines. Attamen in talibus casibus, si possessor vel de jure expectantiæ, vel de dignitatis aut officij jactura convincitur & condemnatur, jus expectantiam conferendi, ac pro ipsa contrahendi cum concurrente, nullatenùs ad Instantiam devolvitur, sed ad Principem redit. Summæ verò depositatæ, si finali confiscationi adjudicentur, prouti jura sonant distribuantur.

§. LII.

Dotalia jura, si super jus expectantiæ, & super summas depositatas sint assecurata, ac hypothecata, in casu criminis semper intelliguntur excepta, nisi uxor pro marito se obliget.

§. LIII.

Propter debita, nemo jure expectantiæ, vel actuali possessu ac exercitio dignitatis sivè officij, pro quo semel contraxit, possit privari. Pro debitorum autem exsolutione, summæ depositatæ extrahi non possint, earumdem tamen annui usufructus possint sequestrari, & pro integra satisfactione creditoribus præstanda, adjudicari.

§. LIV.

Apud Forum & Instantiam, à qua quisque dependet, in casu criminis stat judicium cujuslibet, qui jure expectantiæ fruitur. Si verò nulla erit pœnam sangvinis infligendi facultas, Suæ S. C. R. Majestatis arbitrio remittitur. In casu verò debitorum & negligentiæ in dignitatis ac officij exercitio deprehensæ, judicium penes Commissionem standum esse censetur.

TRACTATUS VII.

De observationibus Contractuum.

§. I.

DE nullitate convincetur cujuslibet expectantiæ ille contractus, nisi contrahens ultrò summam depositandam, in sua respectivè Cancellaria tum publica tum privata, à qua dependet, legalem & consvetudinariam taxam, cum omnibus juribus pertinentibus prævìè persolverit: & in eodem contractu realis exsolutio, cum ejusdem Cancellariæ testimonialibus authenticis inseratur.

§. II.

Nullius roboris, firmitatis, validitatis, aut publicæ fidei in judicio sit ille contractus pro expectantiis, dignitatibus, & officiis initus, qui per institutos Commissionis Notarios, ut in Tract: de Institu : Commissionis §. XXII. dictum est, cum interventu partium, per se vel per Procuratores legitimos, non erit formatus, stipulatus & authenticatus, coram Commissione & cum ejusdem scitu.

§. III.

Absquè reali numeratione summæ depositandæ: & absquè ejusdem summæ effectiva receptione, coram Notario Regio vel Archiducali, per Suæ S. C. R. Majestatis Officialem deputandum, in publicum ærarium reponendæ, nullus unquàm cum Commissione pro expectantiis, sivè pro dignitatibus ac officiis concludatur, firmetur, stipuletur, vel authenticetur contractus: & aliter factus nullius sit valoris, nisi in casibus inferiùs excipiendis.

§. IV.

Si Princeps expectantias dignitatum & officiorum reductorum primis primò concurrentibus conferendo, gratis summam depositandam, vel partem ejusdem remittere voluerit,

fuerit, ex tunc ejusdem Principis quittantia pro reali pecuniæ enumeratione acceptetur, & in contractu inseratur.

§. V.

Sub titulo realis enumerationis pecuniæ: & sub titulo effectivæ receptionis, intelliguntur omnes illæ summæ jam liquidatæ, quas à Principe vel ab ejusdem Cameralibus Dicasteriis quisque in particulari prætendit, ac justè percipere debet, & pro quibus assignationem desuper habuit: dummodò tales summæ prætensæ proveniant, vel à stipendiis promeritis, & non exsolutis: vel à pecunia Principi mutuò concessa: vel à mercibus, & mercimoniis cæterisque in natura pro causa communi subministratis: vel ab anticipationibus aut summarum depositationibus sub nomine Darlehen aut quocumque alio factis. Unde contractus erit validus, si locò summæ depositandæ, liquidum creditur per Commissionem acceptetur: cum hac tamen conditione, ut in contractu tum summa prætensa, tum ejusdem liquidatio, ac assignatio inseratur.

§. VI.

Si quis expectantiam suam alienare vel divendere voluerit, & pro summa capitali depositata, refusionem cum reali enumeratione pecuniæ ab emptore invenire non poterit, ex tunc cum bonis mobilibus, immobilibus ac cum fundis sub titulo pignoris, hypothecæ, aut perennali, prouti libuerit contrahere & concambiare: dummodò alienati jura municipalia, vel præviæ testamentariæ dispositiones non obsint.

§. VII.

Jure præemptionis fruentes, & de dignitate aut officio cum aliis, sub quovis titulo etiam gratuito contrahentes, pro illo jure præemptorio duo per centum de summa depositanda sive depositata, in actuali contractûs stipulatione, toties quoties contrahent, Principi exsolvant. Cæterùm nullus sit contractus.

§. VIII.

Qui pro expectantia personali contraxerunt cum Principe aut cum Commissione: & cum actuali possessore contrahunt, ut in actuale exercitium subintrent, de summa depositata duo per centum pro Principe superaddant.

§. IX.

Personalem expectantiam acquirens, si tædio prorogatæ vacantiæ affectus, alteri vendere, dare, cedere, aut resignare voluerit, tunc ad duo per centum semel Principi exsolvenda, in contractu obliget successorem.

§. X.

A vitalitia expectantia si quis se abdicaverit, cum aliis quomodò libet contrahendo, tunc de summa depositata, per primum acquirentem tria & per Successorem duo per centum Principi exsolvantur.

§. XI.

Si exspirato contractûs termino pro expectantia vitalitia, vel etiam antè hæredes & legitimi Successores illius Familiæ & Lineæ, ad novum terminum vitalitiũ exspirantem, vel jam exspiratum contractum prorogare voluerint, tunc toties quoties ijdem hæredes ac Successores Legitimi cum Principe contrahent, unà cum taxa pro jure præemptionis præscripta, tria per centum Principi exsolvent, nullâ ulteriori depositatâ summâ capitali.

§. XII.

Generationalem expectantiam aliis vendentes, cedentes, resignantes & quocumque modo alienantes tempore contractûs, si sint primi acquirentes, quinque per centum Principi pendant: si post primum acquirentem, prima & secunda generatio contraxerint,

tunc



tunc quatuor per centum exſolvant: ſi verò tertia, tria per centum, ſi autem quarta, duo dumtaxat per centum Succeſſor pro Principe ſuperaddat.

§. XIII.

Ante vel poſt exſpiratum terminum generationalis expectantiæ, ſi pro nova generationali expectantia Poſſeſſores ac Succeſſores contrahere de futuro voluerint, tunc unà cum jure præemptionis, ſex per centum de ſumma depoſitata Principi tribuant, nullâ ulteriori ſumâ capitali depoſitatâ: & ſi indè pro hæreditaria expectantia contrahere placuerit, liberè liceat. Quod intelligendum etiam poſt contractum perſonalis & vitalitiæ expectantiæ. Quin imò ab una ad alteram Claſſem concurrere poterunt: & ſumma ſemel depoſitata pro una expectantia, inſerviet pro altera, addito ſupplemento illius quanti juxtà præſcriptam proportionem & depoſitionem requiſivit.

§. XIV.

Quoties primus acquirens pro expectantia hæreditaria cum aliis contraxerit, ut à lineâ propria alienetur: & ad alteram ejusdem ſive alterius ſtipitis aut familiæ lineam tranſeat, tunc ultrà fixum terminum centum annorum in favorem Succeſſoris contrahere non poſſit: & pro contractu ſtipulando, de ſumma depoſitata ſex per centum, prout conventum fuerit, ab emptore vel venditore pro Principe exſolvantur. Familia verò contrahens, quæ ſucceſſit, & actuali poſſeſſione expectantiæ fruetur, contractum cum Principe quolibet quinquageſimo anno ratificare teneatur: & eidem ſex per centum exſolvere. Quæ regula conſtans erit, ut familiæ, quæ hæreditariè contraxerunt, quibuslibet quinquaginta annis cum Principe iterum contrahant, & ſex per centum ſemper exſolvant.

§. XV.

Poſſeſſores expectantiarum hæreditariarum, poſt primum acquirentem jus dignitatis alienare non poſſint. Ultimus tamen vel ultima lineæ, habito Principis conſenſu, ad aliam lineam prouti libuerit, transferre poſſit. In quo caſu linea ſuccedens decem per centum de ſumma depoſitata Principi ſuperaddet.

§. XVI.

Diſpenſante Principe, ut Poſſeſſores hæreditarij poſt primum acquirentem, jus expectantiæ alienare poſſint, ex tunc ſervetur regula §. XIV. præcedentis, & pro eodem Principe, de ſumma depoſitata duodecim per centum ſuperaddantur in augmentum.

§. XVII.

Regula generalis hæc eſt, ut quandò quis inſtallatur in dignitatem vel officium, ſub quacumque expectantia contractum, unum per centum, absquè Cancellariæ taxa, ſemper Principi pendere debeat. Pro quo ſtatuitur, ut Succeſſores & hæredes, quamvis contractum ratificare de generatione in generationem non teneantur, tamen ad inſtallationem ſuſcipiendam ſunt obligati.

§. XVIII.

Declaratur, quòd qui in jus expectantiæ, ex linea conventa jure ſuccedunt, contractum quidem ratificare non tenentur: attamen ſi hoc jus ad aliam lineam proximiorem aut remotiorem, aut ad totaliter alienam, vigore diſpoſitionis teſtamentariæ, & etiam gratuitæ donationis, ſive recognitionis transferetur, ex tunc ſemper eſt renovandus contractus, & illud quantum præſcriptum Principi ſemper exſolvendum.

§. XIX.

Hæres exterus ſive jure ſuccedat, ſive ſit teſtamentariè nominatus, ſi pro jure expectantiæ à Principe diſpenſatur, contractum renovare, & decem per centum de ſumma de-

depositata, Principi superaddere teneatur, etiamsi vitalitia, vel generationalis sit expectantia.

§. XX.

In casibus hæreditatis ac successionis pro decedentibus ab intestato, cujuslibet Regni aut Provinciæ jure municipalia observentur: his additis ne in renovationibus contractuum præscriptis, Principis jurisdictio lædatur.

§. XXI.

Ad contractuum inviolabilem observantiam manutenendam, omnes lites, quæ nunc & in futurum ac in perpetuum pro jure expectantiarum ac summarum oriri poterunt, coram Commissione seu Dicasterio delegato dirimi & decidi necesse est. Processus autem per Notarios Commissionis cum libellis formari debere censetur.

§. XXII.

In contractibus semper erit insertus locus & fundus undè percipienda sunt salaria, & usufructus. Nec quis alibi poterit assignari, nisi super fundos illius Regni aut Provinciæ, in quo vel in qua jus habet expectantiæ. Assignationes autem particulares fient per Commissionem, ut in Tract: de Institutionibus liquidationis §. XIV. dictum est.

§. XXIII.

Cùm possibile non sit omnes casus futuros prospicere, & decisionem præviam desuper dare, consonum justitiæ videtur, ut partibus in litem attractis, jura cujuslibet Regni aut Provinciæ hæreditariæ municipalia debeant suffragari, non secùs ac si de bonis mobilibus & immobilibus ageretur, quandò casus vigore harum regularum resolvi non possint.

§. XXIV.

Notariis Commissionis, Proto-Notariorum titulus concedi posse censetur. Quorum dependentia à sola Commissione, & exemptio ab omnibus aliis instantiis necessariò requiritur. Nec illis alia officia subire, aut apud alias instantias agere vel sollicitare, vel sedere licebit. Eorumdem verò salarium & emolumentum in contractibus formandis, arbitrio Commissionis remittitur.

§. XXV.

Finaliter omnes expectantiarum contractus, ac pro ijsdem manutenendis promuntiatæ sententiæ, nullius sint valoris, roboris aut firmitatis, absquè subscriptione & firmatione Suæ Sacræ Cæsareæ Regiæquè Majestatis, pro cujus Austriaca Monarchia, ut vivat & perennet, hoc opusculum in lucem est editum: & in cujus plenaria dispositione suorumquè hæredum ac Successorum in perpetuum erit dignitates & officia redimere quocumque titulo sint conventa, dummodò summas depositatas restituat. Unde in contractibus semper hæc clausula finalis inseretur, cæterùm nullius sint valoris.

CONCLUSIO.

Quæ in hoc expectantiarum projecto desuper scripta sunt, simplicis opinionis vim habent: & si fuerint approbata, in regulas legales poterunt reduci. Interim (dato quòd acceptetur) si tanta utilitas non prodibit, quantam Monarchiæ necessitas exigit, sciat quisque, quòd ex fodinis etiam uberioribus, pura quidem metalla, sed mixta cum impuris extrahimus. Ibi per ignem, hic autem per sedulam applicationem omnia solvuntur & separantur; ut ex difficultatum scoriis, Aurum & Argentum prodeat desideratum.

F I N I S.



